c ¶Nõ est verũ. Vide Abb.in.c. laudabilẽ.j. de frigi. & male. & Bal.in c.j.§. sacramenta. de pace tenẽ.& in repe.l.ij. char.xj. ff.de iureiur.Alexan.in.l.iij.§. iurari.eo.tit.& Feli.in c. fraternitatis. in fine.s̃.eo.

tum:quia poterit interuenire tẽpore dispositionis:& sic verba enuntiatiua faciunt fidem, secundũ theoricã in.c.q̃m cõtra.de ꝑba.& gl. in.l.j.C.de fide instru.lib.x.nõ tamen ꝑbatur, quòd pars fuerit præsens in actu iurãdi:vt nota.in.d.l.Theopompus.& vide quod dixi in c.ij.s̃.eo.&.c.post cessionem.de proba.& per Fede.consil.cxcij.consilium bonum est, vt in actis describatur,qualiter testis iurauit in prę sentia partis. Nico.Abb.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina est capax iuris conferendi præbendas etiã sacerdotales ex priuilegio.*
2 *Fœmina est capax iuris præsentandi.*
3 *Præbendæ sacerdotales sunt,quæ habent onus celebrandi annexum.*
4 *Dispositio capituli nostri habet locum,etiam si pars habet duos testes.*
5 *Dispositio capituli nostri habet locum etiam in causa criminali.*
6 *Iudex delegatus,qui iurat se nihil scire in causa,à qua petitur remoueri:non remouetur à testimonio dicendo.*
7 *Iudex impetratus,qui volebat esse meus aduocatus:non remouetur.*
8 *Iudex delegatus si ante,quàm incipiat cognoscere, committat totam causam:an teneat commissio: & an possit testificari in causa coram suo subdelegato.*
9 *Iudex à quo,si efficiatur iudex ad quem,committit alteri causam.*
10 *Papa propter suspicionem,committit alteri causam propriam.*
11 *Ordinarius,an possit produci in testem corã suo vicario,vel officiali,vel iudice foraneo,*
12 *Maior iudex falsum deponẽs,an possit à minore iudice puniri.*
13 *An aduersarius possit opponere contra iudicem remotum,quando ipse impetrauit iudicem.*
14 *Dispositio capituli nostri,habet locum etiam in uno iudice,& in persona impetrantis.*

CAP. XL.

Dilecto.¶ Delegatus necessarius in testem , remouetur à iudicando: & alius surrogatur.In prima ponitur impetrantis querela.In secũda ꝑuidet ibi: *ne igitur.* ¶ Casus literalis.Inter ꝑæpositum Atrebatẽ.& Comitissam Flandren.quæstio vertebatur super donatione sex præbendarum sacerdotalium :causa super hoc commissa fuit Episcopo & Abbati Dedimen. & Decano Attrebaten. Idem Præpositus in præsentia iudicis constitutus citra litis contestationem proposuit,ꝙ testimonium Decani necessarium sibi erat in causa ꝑ dicta:cum de suo iure , non nisi per ipsum & quendam alium testem tantam fidem facere possit. vnde petebat ab eis , vt in causa ipsa prouiderent Decano excluso : vel supersederent negotio quousq; do.Pa.alium substituet loco sui.Sed iudices postulationem suam admit-

tere noluerunt: imò post appellationem à collatione præbendarũ ipsarum suspenderũt eũdem Præpositum: Præpositus hæc omnia Papæ significauit. ne ergo propter defectũ testiũ iustitia præpositi valeat deperire locò ipsius Decani do. Papa substituit Abbatẽ vrsicãpi, mandans eidẽ, quatenus si est ita relaxata suspensione Præpositi, procedat in causa iuxta
1 prioris mandati tenorẽ. Bern. ¶ † Nota. j. ꝙ
a mulier est capax[a] iuris conferendi præbendas etiã sacerdotales. Et si vis intelligere, ꝙ verbũ donatio, positum in textu stet pro collatiõe. pro quo facit. c. fi. de offi. vi. li. vj. tunc stat qđ dixi: sed intellige, ꝙ habeat ex priuilegio Papæ. Pro hoc bo. tex. cũ gl. in. c. Mennã. ij. q. v. & lxiij. distin. Adrianus. aliâs nõ posset, iuxta not. in. c. ij. de iudi. nec ex cõsuetudine potest hoc licere laico, etiã per tantũ tempus, de cuius initio memoria nõ est. arg. in. c. causam. de præscrip. not. Io. And in. c. ij. de præbẽ. lib. vj.
¶ † Si vis intelligere tex. in præsentatiõe: tũc 2
potest procedere sine dispensatione, seu priuilegio. Et quòd possit sic intelligi, probat in. c. fi. de concess. prẽben. vbi præsentatio appellat donatio. & loquitur ille tex. de ista Comitissa flandrensi. & sic põt intelligi de eodem facto cũ isto. vnde verius puto, quod hîc erat cõtẽtio super iure præsentandi. ¶ Et ex hoc & ex tex. collige, ꝙ ius patronat9 cadit in fœminã. Et quanquã iste tex. loquatur in fœmina habente dignitatẽ, idem tamen dic in priuata[b]. b
Pro hoc facit tex. iuncta glo. no. in. c. quoniã inuestituras. xvj. q. vij. vide docto. in cle. ij. de iurepat. qui notabiliter sentiunt, ꝙ hæredes masculi, & fœminę, pariter succedunt in hoc iurepatronatus: & satis est hoc iure non prohiberi ipsis mulieribus. & vide quod no. in. c. fi. de concess. præben. ¶ † No. ij. ꝙ præbendarum quædã sunt sacerdotales, quædã non: & possunt dici sacerdotales illæ, quæ habẽt on9 celebrandi annexum. arg. c. significatũ. de præben. & vide tex. iuncta gl. j. in. c. cui de non sacerdotali. de præben. li. vj. Et intellige hoc de speciali dispositione. nam de iure cõi non est diuersitas in præbendis: nec requirunt cõstitutum in sacerdotio. vide tex. cũ glo. in cle. vt hi, qui. de æta. & quali. & qđ no. in. c. ij. de consti. ¶ No. iij. ꝙ in eadẽ causa non põt esse quis iudex & testis. iiij. q. iiij. c. j. Itẽ no. ꝙ officium testificãdi est magis necessariũ, quã officium iudicandi. Nã repellitur quis à munere iudicandi propter actũ testificandi: vt hîc. & hoc, quia facilius reperiunt centũ iudices, quã vn9 testis. hinc est quòd facilius recusatur iudex, quàm testis: vt leg. & no. in. c cũ. R. de offi. de leg. alia notabilia clara sunt. ¶ Quæro, qd intendat litera, dum dicit ꝙ Præpositus propo 7
suit citra lit. conte. Respondet gl. j. ꝙ fuit protestatus quòd per illa verba non intẽdebat litem contestari. Sed dic melius secundũ Host. & Io. And. ꝙ hîc nõ erat necessaria aliqua protestatio: quia per verba hîc expressa nõ respõ debatur petitioni: vnde dicit, quòd nulla fuit c
facta protestatio: sed illa verba citra lit. cõte. denotãt tẽpus exceptionis præpositæ. Et põderatur hoc, quia post lit. cõte. nõ potuisset petere aliũ surrogari. iij. q. iij. c. inuenię. §. offera 8
tur. de offi. deleg. in finuante. nisi ex noua causa, vt ibi. Nam cõtestando litẽ coram illo tanquã coram iudice, videretur renunciare suo testimonio: nisi nouiter percepisset illũ fuisse & esse de causa informatũ: quia tũc esset sibi subueniendũ, etiam post conte. ar. c. presentium. §. eo. & quod
4 no. iij. q. vj. c. si quis Episcoporũ. vbi bo. gl. in fi. ¶ † Gl. ij. format iij. q. j. nunquid dispositio huius cap. habeat locũ, si pars vltra iudicem habeat duos testes? & cõcludit quòd sic: sec9 si haberet plures. rationem vide in gl. Sed hoc vltimum limitat gl. in fi. nisi fraudulenter aduersarius impetrasset illum in iudicem, quẽ volebat producere in testem. Nam tunc remouebitur etiã si haberet plures testes: quod placet. Nã fortè alij nõ sunt idonei, vel repelli possunt:
5 & fraus non debet fraudulosо prodesse. de rescrip. c. fedes. ¶ † Secundò quærit, an idẽ sit in causa criminali. & concludit, ꝙ sic: quia licet testes in hac causa non cõpellantur, posset tamẽ iudex remotus precibus induci. dicit tamen ꝙ si omnino nollet testificari, nõ remouetur. Mihi hoc vltimũ non placet. nã iudex nõ remouetur, nisi ob defectũ testium: vt hîc. quo casu etiã in causa criminali testes cõpelluntur. & sic non sufficit, si iste iudex dicat se nolle testificari. Ad hoc quod not. in. c. delictorum j̃. tit. proxi. vbi dicetur. dixit tamẽ hîc Hosti. per illã Decre. dilectorum. ꝙ ad probandũ crimen contra testẽ, iudex remouebitur. ego remitto ad dicẽda in. d.
6 c. dilectorum ¶ † Tertiò & vltimò hæc gl. quærit, quid si iudex vellet iurare, quòd nihil sit in causa illa? Respondet, quòd non remouebitur. quòd placet Inn. Nam si fidei suæ se cõmittit pars, vt dicat testimonium super principali, fortius debet ei credere, cum
iurat se nescire. C. de testi. l. pe. & . iiij. q. iij. *c. si quis testes §. *si quis testibus. & de dona. inter vir. & vxo. c. peruestras. quod placet cõiter docto. Imò plus dicit Inno. quòd is, qui petit iudicẽ remoueri, & aliũ surrogari, non est statim audiendus, sed debet prẽmitti aliqua cognitio verisimilis cõiecturę sup duob9: ꝙ ille sit necessari9, & ꝙ de illa re veritatẽ sciat. Nã si ad recipiẽdũ testes nõ dat dilatio
sine causę cognitiõe. q. iij. q. iij. *d. c. inducię. §. *spaciũ. & l. à pcedẽte. C. de dila. fortius in hoc casu, vbi qualequale præiudiciũ generatur alteri parti habenti iudicem gratum. Itẽ grauatur saltẽ in expensis factis in impetratione. & hoc satis placet. Et dico, ꝙ hîc videtur tex. Nam iste proposuit, ꝙ iste iudex erat sibi necessarius, & Papa fundando se super defectu probationum, surrogat alium cũ clausula, si est ita. Et sic oportet, ꝙ constet prius de necessitate allegata saltẽ verisimilitudinariè. quod not. & facit quod in simili no. Inno. in. c. tenor. de re iudi. gl. in versic. excluso. dicit, ꝙ illa petitio Præpositi, vt procederetur illo iudice excluso, habet locũ quãdo clausula, ꝙ si non oẽs &c. ponitur in rescripto. vult dicere, ꝙ vbi simpliciter esset facta cõmissio & facta pluribus & vn9 esset necessarius in testem, nõ possunt alij illo excluso procedere, per. c. vno delegatorũ. & c. causam matrimonij. de offi. deleg. Sed habet tunc locũ allegatio secundæ partis alternatiuę, scilicet vt supersederet negotio donec delegans alium loco illius subroget. secus qñ punit illa clausula impotentiæ quasi sit purificata cõditio, ex quo alter legitimè non põt interesse. quod no. quia extendit multũ virtutem illius clausulæ: & sic. c. sciscitatus. de rescrip. ¶ Gl. in verbo, *admittere recusastis*. facit qnq. Nam primò fortificat literã, dicendo ꝙ malè fecerunt isti iudices in nõ admittẽdo istã petitionẽ ipsi9 Præpositi. Nã & ipse prætor, qui est ordinarius suũ testimoniũ dicere debet. iiij. q. iij. d. c. si testes §. si tres. & ff. de test. l. ob carmẽ. §. j. Intelligo hoc, quãdo producitur in testẽ in ea causa, in qua non est iudex. Nam in eadẽ causa, in qua est, vel fuit iudex, testis esse nõ põt: vt hîc, &. ij. q. vj. statuendũ, aliâs statutũ. dixi plenè in. d. c. cũ â nobis. §. eo. ¶ † Secundò quæritur, quid si impetrasti iudicẽ illũ, qui 7
volebat esse aduocatus meus? respondet, ꝙ non remouebitur: nisi hoc feceris in fraudem: & hoc tenet Io. And. quod maximè procedit secundum eum, si ille erat generalis aduocatus ecclesiæ, beneficio sibi collato ab ecclesia. de iureiur. c. breui. ¶ Tertiò hoc dubiũ fortificando quærit: ecce conclusum est suprà, ꝙ non debet remoueri cessante fraude: ex eo, quia volebat esse aduocat9 alterius[c]. Sed c
quid si ob hanc causam: quia volebat esse aduocatus meus, reuelẽ ei secreta causæ? concludit, ꝙ etiam non sufficit: quia iudex habet iudicare secundum allegata: vt in. c. iudicet. iij. q. vij. & pleni9 in. c. pastoralis. de offi. dele. §. quia verò. ¶ † Quartò quęrit quid si iste 8
iudex delegatus ante, quã peteretur remoueri ob munus testificãdi, cõmisit in totũ causam suam alteri: nunquid tenet commissio? & si

SEB. SAPIA.
a ¶ Mulier est capax. quid posit mulier & quorũ iuriũ sit capax, & quorũ incapax, latè, psequit. d. Decius. in repe. l. fœminæ. ff. de regul. iuris.

ZACHARIAS.
b ¶ Idẽ tamẽ in priuata. Ego contrarium dicerẽ p ea, quę no. abũde ibi. Reb. in rubr. C. de iure fisci. nu. 4. & ibi remissiũ apost. Celsi. ad ipm. li. x.

SEB. SAPIA.
c ¶ Aduocatus alterius. Vide Fel. ī. c. irrefragabili. in. j. col. s̄. de offi. ordi. vbi vult, ꝙ aduocatus nõ põt in eadem causa esse iudex, qñ pars propalauit animũ suũ sed pro limitatione subiũcit, ꝙ ego nõ possum recusare illũ, qui fuit meus aduocat9, licet propalauerim ei oĩa secreta: qa habet iudicare p probata: vt hîc p gloss.

& si tenet, an poterit coram subdelegato testificari? Glos. ponit opinio. Io. quòd non: sed posteà concludit contrarium. argumen. huius capit. nam iste fuit semel iudex, & tamen submotus à causa perhibet testimonium. Primam opinio. tenet hîc Innocen. etiam si commisit in totum ea ratione: quia delegatus fungitur vice delegantis. l. prima §. vltimo. ff. de officio eius, cui manda. est iurisdict. Hostien. tenet secundam opinionem. & facit ad hoc secundum Ioan. Andræ. c. iudex. de officio delegat. libro sexto. Sentit etiam Abb. qui dicit, quòd si impetraui mihi consanguineum meum in iudicem, qui recusatus est: bene potero ipsum in testem inducere: quia licet remoueatur à iudicando, non tamen à testificando. de præsump. literas. Ego dicerem, quòd aut ante subdelegationem iudex processit ad aliquam sententiam: ita vt ex hoc præsumatur affectus ad causam. & nõ poterit esse testis ratione suspicionis: quia non debet in eadem causa esse iudex & testis: vt in d. c. standum. ij. quæstio. vj. facit quod no. gloss. in l. ob carmen §. primo. ff. eodem titulo. Aut commisit in principio causæ: & tunc si erat delegatus, & commisit in totum: non video aliquid rationabile resistens officio testãdi. Hoc enim casu cessauit ratio opi. contrariæ: cum nõ fungatur subdelegatus iure subdelegantis: cum ille desierit esse iudex: nec potest amplius reassumere causam: nec ad eum appellari. de offic. delegat. capi. super quæstionum §. porro. & in. c. si delegatus. eodem titu. libro sexto. Nec potest dici, quòd habeat affectionem ad causam: cum in ipsius principio subdelegauerit. & sic cessat ratio. c. statuendũ. ad hoc. d. c. iudex. vbi cessat hoc casu omnis suspicio. Aut subdelegauit non in totum, vel erat ordinarius, qui potest subdelegatum remouere quandoque per. l. iudicium solui tur. ff. de iudi. Et tunc est maius dubium: & tunc puto, quôd de rigore non testificabitur: cum remanserit iudex, & potest causam reassumere ad libitum, & ad eum sit appellandum. d. c. super quæstionum. vnde semper claudicaret in partem, pro qua tulit testimonium. sed de æquitate, quæ satis iudicio meo poterit seruari admittetur: quia expressè non reperitur iste repulsus. & edictum de testibus est prohibitorium. in. l. prima. ff. eodem. Nam iura repellunt iudicem actualiter, vel eum, qui fuit: ne vtatur in causa duplici officio incompatibili: sed iste non fuit actualiter nec est iudex. Nam separatum est istius tribunal à tribunali subdelegati. quod patet ex eo, quia ad eum appellatur à subdelegato: quod fieri non posset, si idem esset tribunal. de consue. c. secundo. li. sexto. nec in eadem causa erit iudex & testis. quia non ipse, sed subdelegatus iudicabit. Nec poterit amplius reassumere causam ad effectũ iudicandi: quia officium testificandi reddidit eum incapacem: & appellabitur ad eum: non vt ipse cognoscat, & diffiniat: sed vt causam alteri deleget: sicut obseruatur in illo, qui existens suspectus causam delegauit. Nam appellatur ad eũ, vt alteri deleget: ne per hoc suspectus iudicetur: vt plenè dixi in. c. si quis cõtra clericum.

9 de foro competenti. ¶ † Item si iudex à quo, efficitur iudex ad quem, pendente appellatione, committit alteri causam: vt not. gl. in. c. querelam. de electio. & l. eos. C. de vsu. nec per hoc dicitur esse iudex, etiam in causa appellationis. ¶ † Item Papa ad euitãdam

10 suspicionem committit propriam causam: vt not. in. c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inuti. & in. c. ex parte. de verborum signific. Nec per hoc dicitur iudex & pars: ita dico in proposito, quòd cõmittendo causam & testificando in ea, non dicitur esse iudex & testis. Nam in suspicione euitanda consyderamus non habitum iurisdictionis, sed actum: vnde satis est, quôd actualiter respectu exercitij, iste non fuit: nec erit iudex. & hoc est fauorabilius, ne pereat probandi facultas. Et hæc not. quia per alios non digesta. & per hæc habes notabilem practicam, quôd si ordinarius causæ est tibi necessarius in testem, obtineas primò, vt causam alteri com-

11 mittat: & coram illo produces eum in testem. ¶ † Vltimò gloss. quærit, an ordinarius possit produci in testem coram suo officiali, seu vicario? & concludit, quòd sic. Idem sentit Vincen. & plus dicit, quôd coram iudice, cui est commissa causarum vniuersitas, is qui commisit, potest esse testis. argumen. ff. de iurisdictio. om. iudicum. l. est receptum. Et sic infero, quòd Episcopus potest esse testis, non solûm coram suo vicario generali, cum quo facit idem consistorium: vt dicto. c. ij. de consue. in sexto. Sed etiam coram officiali foraneo, qui est delegatus ad vniuersitatem causarum: vt no. in clementi. ij. de rescriptis. Et in istis non est tantum dubium, sicut in præcedenti. qõ. Nam officialis generalis habet ordinariam: & sic iudicat iure suo: vt not. in. c. licet. de offic. vica. libro sexto. Foraneus verò, seu delegatus ad vniuersitatem causarum, censetur quasi ordinarius: vt not. glos. in. c. cum causam. de appella. tamen possent fieri obiectiones prædictæ in præcedenti quæstio. Nam ab isto cui est delegata vniuerfitas causarum appellatur ad ipsum delegantem: vt not. glo. in dicta clementi. ij. Item potest ordinarius vicario suo interdicere, ne cognoscat de certa causa: & illam in se assumere: vt no. Innocen. in. c. Romana. de appella. libro sexto. & nihilominus potest esse testis in eadem causa coram illo: vt vult hîc glos. nec docto. in hoc contradicunt: ergo idem dicendum quod in præcedenti. q. sed dico, quòd in quæstio. & dicto Vinc. obseruabitur, quod dixi in præcedenti. q. circa appellationem & potestatem reassumẽdi cau

12 sam: & sic limita prędicta. ¶ † An autẽ maior iudex corã minori testificans, & falsum deponens, vel aliter vacillãs, possit ab isto minori puniri: vide varias opi. quas recitat Spec. eo. titu. §. j. versi. quid si is, qui. in. viij. col. Et credo, q̃ si iste maior habet iurisdictionẽ in minorẽ iste nõ poterit ab eo puniri. de maio. & obe. c.

a cũ inferior.[a] & per doc. in. c. ij. de cõsti. lib. vj. in nouella. & in. c. j. de rap. & in regula cui licet, de reg. iur. lib. vj. in mercu. sed habebitur recursus ad superiorem. Aut est maior respectu potestatis, sed nõ respectu iudicis: & tunc poterit ab eo puniri: quia hoc casu reputatur priuata persona. arg. in. l. iij. ff. de offi. præsi. &

13 eorũ, quæ not. in iu. præ. ¶ † Gl. antepe. quærit: pone, q̃ iste remoueatur, vt in causa deponat: nunquid aduersarius, qui eum impetrauerat in iudicẽ, poterit obijcere in personã crimina, vel defectus: vt sic eum repellat à testimonio? & respondet, q̃ non: quia eum semel approbauit. Idem Innoc. hîc, & multi alij. Sed tu distingue, vt not. Inno. in. c. cũ venerabilis. de excep. & ibi se remittit Io. And. Nam hoc procederet, si vellet obijcere tale quid, quôd etiam repulisset ab officio iudicandi, aliâs secus. & dic, vt dicetur plenius, & vide de materia huius. c. in Spec. in tit. §. j. ver. quid si impetres. & quatuor sequẽ. ¶ Oppo. & videtur, q̃ non erat opus relaxare hanc suspensionis sententiã: cũ esset lata post appellationem legitimam, in. c. per tuas. de sentẽ. excõ. glo. fi. quòd ad factũ refertur hęc relaxatio: quod no. quia verbum relaxatio: nõ semper refertur ad ius. Vel secundũ Hostiẽ. dic, q̃ stat propriè: quia appellatio non potuit impedire ipsius vires: cum causa fuisset commissa appellatione remota, & antequã emanaret hæc Decre. Casus iste nõ erat decisus: & sic non poterat appellari, per. c. pastoralis. de appel. sed superioris officio debuit relaxari grauamen: vt ibi. quod no. Tenet ergo excõicatio lata post appellationem in se iustam, ex quo nõ est iure expressa: & causa non fuit cõmissa appell. re. quod not. pro intellectu. c. pastoralis, præalle. Et faciunt hæc ad similem. q. quare causa ista remittitur ad priores iudices, à quibus ratione grauaminis fuit appellatum cõtra. c. accepta. de appel. Inno. dicit, quôd hoc processit de voluntate

SEB. SAPIA.

a ¶ Inferior. Aduerte, q̃ illa regula, q̃ maior nõ põt puniri ab inferiore: non procedit, qñ maior se subijcit iudicio minoris. c. peruenit. xj. q. j. c. mandastis. c. auditũ. ñ. q. v. Itẽ si maior deliquit in territorio minoris. auẽ. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. Et ita præteritã regulã decla. Gos. in summa tit. de iudic. in j. col. Ex quo videtur dicẽdũ, q̃ maior testificãs falsò corã minore possit ab eo puniri. qa videẽ se subijcere. & quia delinquit in sua iurisdictiõe.

Cap. Significauit. Panor. ſuper Secunda Secundi.

a ¶ No. ſingu. iſta verba aurea. & pro hoc, quod dicitur de caſu dubio bene facit, quod not. in fi. Bar. & Ang. in l. fi. de pœ. iudi. q ma. iudi. & glo. inſti. de obli. quę ex quaſi delict. in prin. Itẽ no. hîc duas ſingulares limitationes & peregrinas ad id, quod habeť per gl. ordi. & doct. in c. vt debitus. de appel. vbi dicit, q ſi iudex appellationis pronunciat bene appellatũ ab interlocutoria ad eum deuoluit cognitio ſuper toto negotio principali. Nã hoc fallit. Primò, niſi iudex à quo, malè ꝓnuntiaſſet in caſu valde dubio, per Papã nõ deciſo: qa tũc licet pronuntieť bene appellatum, non deuoluit cognitio totiꝰ cauſę ad iudicẽ ad quẽ. Secũdò fallit, niſi poſtquã appellatũ eſt à iudice à quo, ei eſt adiunctꝰ nouus officialis: puta, quia vbi erat vnꝰ officialis ad idẽ tribunal & modò facti ſunt duo: nã licet ꝓnũtieť bene appellatum, fit remiſsio ad illos iudices à quorũ vno fuerat appellatũ, ſecũdũ d. Ant. hîc. ſed forte idẽ erit, ſi nullꝰ officialis eſt iudici à quo adiunctus: ſed ei ſoli alius officialis eſt ſurrogatus, & ipſe à quo eſt appellatũ deſijt eſſe officialis: quia tũc licet ꝓnũtieť bene appellatũ, fit remiſsio ad priꝰ tribunal à quo eſt appellatũ. Et hoc videť approbare tex. iſtius capi. dilecto. in fi. p quẽ, ſi hoc eſt verũ, dať ſingularis limitatio cæteris oibꝰ elegantior & prę̃ſtãtior ad no. in. d. c. vt debitus. quã tertiã limitationẽ credo verã: quia cũ appellatio ab interlocutoria iuſtificeť non tm̃ ex iniuſtitia, quãtum ex ipſa culpa & iniquitate iudicis: vt no. Bar. in l. per hanc. circa prin. C. de tẽpo. appel. & d. Ant. in c. ex parte. Adde circa prin. s̃. e. ti. hîc ceſſat ratio prẽſumptiuę futurę iniquitatis, ſeu culpę iudicis in iudice ſurrogato, quæ militabat in illo iudice à quo fuerat appellatũ, ꝓpter precedentẽ culpam in interlocutoria prius adhibita. Sed ſecundã limitationẽ. d. Ant. hîc de adiuncto iudici à quo, nõ credo verã: qa licet ei adiungať aliꝰ officialis: nõ propterea ceſſat ratio: qua preſumať iudicẽ à quo grauare in futurũ in toto negotio ꝓpter culpã & grauamen adhibitũ in precedẽti interlocuria: ex quo etiã ipſe cũ ſuo collega ei nouiter adiũcto habet iudicare: quod fortè procedit nõ ſolũ ſi ei adiũgať vnꝰ officialis, ſed ſi etiã adiũgerenť plures: qa poſſet cæteros hoĩes trahere in ſuã ſniam. l. ſi in tres. ff. de arbit. Sed dictũ. d. Ant. hîc põt ſuſtentari, ſi iſte officialis, qui nouiter adiungiť à quo præſumptionẽ futurę culpę in toto reliquo negotio ob reuerentiã, quã habebit ad collegã ſuũ, tantę ſit honeſtatis, quã ita nõ habent alij collegæ. ad hoc alleg. tex. in authẽ. ſi verò cõtigerit. C. de iud. cogita tamen bene: quia iſta ſunt noua & inconſyderata in hoc paſſu.

b ꝟ SEB. SAPIA. ¶ Eccleſiæ. quòd ex ſola fundatiõe acquiratur ius patronatus, quod tranſmittitur in hæredes.

partium. Io. And. ſentit quod prædixi, quòd hoc fuit propter probabile dubium[a] huius caſus, qui nõ erat hactenus determinatus. Quod placet, & eſt notabile verbum. Nam cauſa nõ remittitur propter timorẽ ſuſpicionis ex præcedenti grauamine tantùm. quæ ratio ceſſat, vbi caſus eſt dubitabilis. argu. in l. regula. ff. de a — iur. & fact. igno. ¶ † Vltimò quærit, nunquid eſſet locus diſpoſitioni huius c. ſi vnus tantũ eſſet datus iudex? Hoſtiẽ. quòd ſic. Quod ſatis placet eadem ratione. & dicit quòd hanc ſurrogationem poſſet petere illemet qui illum impetrauit in iudicem. ſi probabili errore ductus in iudicem petijt: vel ſi corruptus fuiſſet eius procurator, qui illum impetrauit. quod placet.

14

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Ex ſola fundatione eccleſiæ acquiritur ius patronatus, quod tranſmittitur in hæredes.*

2 *Teſtis tunc videtur recipi, quando admittitur ad iuramentum.*

3 *Differentiæ inter capitulum noſtrum & capitulum quoniam frequenter. vt lite non conteſtata.*

4 *Remedium capituli noſtri, an cõpetat reo, vel actori: & qualiter procedat?*

5 *Eccleſia põt agere triplici via contra illum, quieam ædificauit, & remiſit ius patronatus.*

6 *Vnum remedium extraordinarium non tollitur per aliud.*

7 *Practica probandi, vel reprobandi inſtrumẽta antiqua, & qualiter probetur, quòd ſcriptor fuerit notarius.*

8 *Denuntiatio, de qua in capitulo noſtro: an perſonaliter, an domi ſit fienda.*

9 *Atteſtationes receptæ ſecundum formam capituli noſtri, an valeant, ſi is qui producit, agit contra alios.*

10 *Coram quo iudice examinentur teſtes ad perpetuam rei memoriam.*

CAP. XLI.

Significauit. ¶ Ne probatiõis copia pereat, citato aduerſario recipiũtur, & publicanť teſtes, quos reꝰ induxit. h. d. In prima parte petitio: in ſecũcunda iudicis datio ibi: *quocirca*. ¶ Caſus literalis. Quidã mobiles funauerũt eccleſiã ſancti Nico. Sabi. dicę. Et liberã eẽ eſſe volẽtes tẽpore fundatiũis dixerũt ſe nihil iuris retinere in ea. Sacerdos illius eccleſiæ cum ſuper tali libertate nulla inſtrumenta facta fuiſſent, timens ne proceſſu temporis probationis copia deperiret, petijt â. d. Papa ſibi prouideri. Vnde Papa mandat iudici Sabi. quatenus teſtes idoneos, quos idẽ presbyter duxerit præſentandos, examinet diligenter, & eorum dicta in publica inſtrumenta redigi faciat denuntiatione præmiſſa, fundatoribus antedictis: vel eorum hæredibus, vt receptioni teſtium interſint, ſi velint: & ſuper tali
1 denuntiatione fiat publicum inſtrumentũ. Ber. ¶ † Nota. j. quòd
b ex ſola fundatione eccleſiæ[b] acquiritur ius patronatus: licet fundator hoc ius expreſsè non retinuerit. Sufficit enim, ꝙ fundationis tempore illud ius non remiſerit vt hîc bene probatur. Facit. c. nobis. de iurepatro. & xvj. q. vij. decernimus. quod quidẽ ius tranſit etiam ad hæredes: licet expreſsè fundator nõ dixerit: argu. hîc. vbi citantur hæredes in examinatione teſtiũ, ſi eorũ non intereſſet, nõ citarentur, facit capitu. filijs. xvj. ¶ Not. ij. quòd pars, cõtra quam producuntur teſtes citari debet, non ſolùm quando producuntur teſtes directè in cauſa iam in iudicium deducta: vt in capitul. ij. s̃. eo. Sed etiam quando producuntur indirectẽ quadam via extraordinaria ad futuram rei memoriã: vt hîc. & in authen. ſed & ſi quis. C. eo. ſecundũ vnũ intellectũ. eadem enim eſt ratio invtriſq. ſemper enim debet præmitti citatio, vbi agitur de prę̃iudicio abſentis. iij. qõ. ix. c. caueant. & c. omnia. ¶ Nota. iij. ibi: *confiſcifacius.* quòd pars aduerſa non præſumitur citata in examinatione teſtiũ oportet enim ad atteſtationum validitatẽ, ꝙ conſtet de citatione. Pro hoc, quia ſolennitas extrinſeca non præſumitur. l. quæcunq.
2 ff. de publi. dixi in c. tuis. s̃. eo. ¶ † Not. iiij. ibi: *receptioni.* quòd teſtis videtur recipi, quando recipitur ad actum iuramenti. habetur enim tunc teſtis pro recepto. l. quando. C. eo. facit ad ea, quæ dixi in c. licet. de probatio. loquitur enim hîc, vt interſint nõ examinationi, cũ faciat ſecretè: vt in c. venerabili j. eod. ſed vt videant illos iurare. s̃. e. c. ij. & faciant interrogatoria, ſi velint in c. ij j. eo. tit. lib. vj. & hoc vltimum not. quod expreſsè voluit hîc Ioan. and. ¶ Op. cõtra text. d. c. qm̃. in prin. s̃. vt lit. nõ cõte. vbi añ li. cõte. recipiunť ſolùm teſtes, de quorũ morte, vel abſentia timetur. Hic autem re
3 cipiuntur omnes indiſtinctè. ¶ † Gloſ. ij. tacitè ſoluendo dicit, ꝙ multiplex eſt differentia inter caſum huius capituli & illius. & ponit quinq; differentias: quartã impugnat. Examinemus primò has differentias, quæ faciunt ad intellectum vtriuſq;. c. pe. & demum inferam ad verum intellectum vtriuſq;. ¶ Prima differentia ſecũdum gloſſ. eſt illa, quam præmiſi, quòd hîc recipiuntur indifferenter omnes teſtes: ibi ſolùm ſenes & valetudinarij &c. ¶ Secunda, quia hîc ſtatim dicta teſtiũ publicantur ad æternam rei memoriã: ibi non publicanť, ſed differtur publicatio fienda cũ alijs recipiendis poſt conteſt. lit. debito tẽpore fienda. Sed Spe. e. ti. § nunc tractemus. ver. in hoc autẽ. tenet publicationẽ non fiendam, etiã in caſu huius capi. & c. Albericus j. eo. Mouetur, quia cũ hęc receptio teſtiũ fiat in fauorẽ rei, nõ debet redũdare in eius præiudiciũ: quod fieret, ſi dicta publicarentur: cũ nõ liceret poſteà alios teſtes ꝓducere. Et ad hoc. c. & c. Albericus. reſpõdet, ꝙ dicta teſtiũ publicanť id eſt in publicã ſcripturã redigunť. ſed primũ dictũ cõiter hîc tenetur. & ſequitur Bar. in. d. authẽ. ſed & ſi quis expreſsius Io. And. in loco præalle. in addi. in ver. Sed quos. Nec valeret ratio Spe. ſecundũ eũ: cum reus poſsit oẽs teſtes ab initio producere: & ſi oẽs præſentes non ſunt, põt differre. Et idẽ in actore in caſu, quo agere poteſt: quod quãdo ſit, infrà dicetur. Et hoc teneas: poſſet tamẽ dici, ꝙ aut pars producẽs petit dicta publicari: & debet fieri publicatio: quia ſuccedunt loco publici inſtrumenti: vt ſatis colligitur hîc: & j. eo. c. Albericus. Ideo eodem iure cenſeri debet arg. c. eccleſia. vt lit. non cõteſt. Aut inſtat, vt non fiat publicatio: & nõ publicabuntur. Eſt enim quid imputandũ actori, quare agit. ¶ Tertia differentia eſt, quia in caſu. c. quoniã. non valent poſt annũ, niſi intra annum producens agat, vel denuntiet illi, cõtra quem inducti fuerunt: iſti perpetuò valebunt tanquã publicum inſtrumentum. Hæc differentia mihi non placet. nam denuntiatio ibi requiritur, quando fuit facta receptio in partis abſentia: ſed hîc loquimur, qñ denuntiatio præceſsit. vnde ſi ibi præceſsiſſet, nõ eſſet neceſſe intra annum

tra annum agere: vt satis ibi colligitur in tex. & glo. & dic de hoc, vt ibi plenius not. ¶ Quarta differentia contra illos pōt obijci in personas: contra istos non: si constat de denuntiatione sibi facta. Intellige, & tunc non opposuit. & hoc tenuit Vincen. Sed hoc nō placet glos. nec videtur placere docto. hic. nam licet pars requisita non venerit, vel venerit: & tunc nō opposuerit: nō tñ per hoc infertur, quòd amplius opponere nō possit. Solùm enim est statutū contra nō venientē: vt testes recipi possint acsi fuisset præsens. in c. ij. s̄. eod. non ergo debet infligi alia pœna iure non expressa. s. vt non possit deinceps excipere contra personas testiū. ad hoc quod in simili not. gl. in. c. fi. de iurepa. & vide gl. no. in. c. ij. de dolo & cō tu. lib. vj. quæ dicit, quòd licet quis sit contumax in vno actu, non per hoc censendus est contumax in alio. & videtur in terminis nostris esse, quasi casus in. c. accedens. j. s̄. vt lit. nō contest. Nec ob. si fuit præsens, & non opposuit. Per hoc enim sibi nō parat prę iudicium: cum sciat facultatem opponendi competere etiam post receptionē testium: vt in. c. præsentiū. s̄. eo. ¶ Sed aduerte, quia Vin. potuit dicere verū certo casu. s. post publicationem. Nam hîc recipiuntur & publicantur: ergo posteà non licet opponere: cum præsumatur malitiosè facere, si à principio non fuit protestatus: vt in d. c. præsentiū. Ideò concordarē has opi. hoc modo, ꝙ ante publicationem licitū est opponere, siue fuerit præsens in actu receptionis, siue absens. & procedat dictū glo. post publicationē autē nō licet, nisi in casibus. c. præsentiū. & procedat dictum Vincē. & hoc credo verisimum: licet docto. cōmuniter videantur reprobare dictum Vincen. & non bene iudicio meo. ¶ Quinta differentia, hic producuntur testes, vbi non mouetur nec timetur lis in prę senti. ibi secus: quasi cessaret hoc remedium extraordinariū, ex quo de proximo speratur lis, in qua ordinariè potuerunt testes produci.
4 ¶ Expedita est gl. vsq; ad versi. & not. & ibi examinat vsq; ad fi. an remediū huius capi. competat actori, an reo tantū. Et Ioan. dicit, quòd reo tantū. nec ob. tex. in. l. lege Aquilia. vbi ex parte actoris recipiuntur testes ante lit. conte. ne tractu tēporis facultas probā di pereat, quia testes ibi consignantur. Et sic intelligebat dominus Azo illam. l. secundum gloss. & dic consignantur. i. sigillo clauduntur: & publicantur demum post lit. conte. quasi loquatur in casu c. quoniam. in princip. vt solū recipiantur testes, de quorum morte vel absentia timetur: vt ibi not. in glo. secundum vnum intellectū. sed gloss. hîc concludit contrarium, dicens hoc habere locum in actore quandoque per dictam. l. in. l. Nam ibi dicta publicantur, sicut hîc. & sententia fertur: sed solùm differtur condēnationis exactio in euentum conditionis. Hoc ideo dicit, quia debitum erat ibi conditionale: fatetur tamen glo. quòd testes in casu capitu. quoniam. non publicantur. Et idem in authen. eod. titu. secundum vnū intelle&um. & si vis intelligere, quòd authen. loquatur in casu huius ca. scilicet, quôd testes ibi recipiantur ad æternam rei memoriam: tunc dicta publicantur. hoc vult in effectu gloss. ista vsque ad fin. Et licet habuerit bonum intellectum, vt arbitror: tamen nō rectè soluit contrarium in princip. formatum: sed assignādo alias differentias inter casum huius capitu. & dicti capitul. quoniam. multiplicat inconuenientia. Nam de hoc quærimus, quare in casu huius capitu. aliud obseruatur, quām ibi: nec apparet, an & quādo dispositio huius capit. locum habeat in actore: sed simpliciter dicit, quòd quandoque habet locum in actore: & non dicit quando. Innocen. enim clarius hic loquitur. Dicit enim, quòd forma huius capitu. cōpetit quando quis est in possessione alicuius iuris, quod dicit suum. Sed dubitat, quòd morientibus aliquibus testibus, qui sunt huius iuris consci, aliquis posset sibi mouere quæstionem & obtinere deficientibus sibi probationibus. Est enim iustum secundum eum, quod hîc statuitur: quia nisi inuentus esset iste modus prouisionis, deperire posset ius talium personarum possidentiū: cum ipsi agere non possint: cū non possideant: nec alios possint cogere ad agēdū. C. vt nemo inui. per to. Merito enim statuitur secūdum eū, ꝙ oēs testes recipiantur & publicentur eorū dicta perpetuò valitura. Si tamē esset aliquis in possessione, & haberet actionē contra aliū: vt interdictū vti possidetis: vel cōfessoriā: tūc nō haberet locū scd'm eū forma hui⁹. c. sed i lli⁹. c. qm̄. nec obst. illa lex. in. l. Aqlia. qa illa lex ꝓcedit scdm tenorē illi⁹ Dec. qm̄. ī prin. ¶ Ex qb⁹ verbis clarè videt velle ī summa, ꝙ. c. qm̄. ꝓcedit in eo, cui cōpetit facultas agēdi. vñ nō debet sibi succurri p hoc remediū extraordinariū: sed tm̄ recipiutur testes, de quorū morte, vel absentia timetur. Hoc vero capitu. seu eius forma procedit, quando nullum ius agē di cōpetit possessori. Nam nisi sibi ꝓuideretur, posset ius suum deperire mortuis testib⁹ sui iuris consciis. hoc vult in effectu Innocen. Sed contra dictum suum apertè facit iste tex. iuncta gloss. penul. Nam hic competebat isti presbytero confessoria, quæ datur in istis iuribus incorporalibus possessori: vt in. l. & si fortè. ff. si serui. vendi. nota gloss. in capitul. examinata. de iudic. capitu. cùm ecclesia Sutrina. de causa possess. Et idem Innocē. in vtroq; loco. & nihilominus competit sibi remedium huius capitu. Hostien. qui apertè sentit istum potuisse agere: vt dicitur in glos. sequē. respō det aliam lecturam ponendo. Dicit enim sub dubio hoc procedere: cum vterq; potest agere. quasi dicat, quòd si iste, qui petit examinationem testium solus potest agere, non auditur petens prout hic dicitur: quia habet remedium ordinarium. Aut vterq; potest agere: & tunc secus. Et hunc intellectum præcisè ad istum textum, ponit Barto. in dicta authenti. sed & si quis. C. eodem. nullam tamen mentionem facit de hoc dicto Hostien. sed vt habeas clarè totam materiā, distingue sic post Bart. in præalle. faciendo tria membra. ꝙ aut testes petūtur examinari ex parte actors, aut ex parte rei: aut ex parte illius, qui potest esse actor & reus. Primo casu aut actor potest statim agere, & nō audietur intentādo hoc remediū extraordinarium: sed habet locū regula, quòd lit. non contesta. testes non recipiuntur: nisi prout habetur in. d. c. quoniam. Et est ratio, quia non debet prius causa instrui, quā inchoetur. Si verò actor non potest de prę senti agere: & tunc aut facultas agendi non potest competere, nisi post examinationem testium: & debent tunc omnes examinari prout hîc dicitur: quia non est quid sibi imputetur, quare nō agat. Pone exemplum: vult quis petere bonorum possessionē, oportet, quòd faciat prius fidē de testamento. de quo prius facere non potest, nisi per testium examinationem: quia non fuit factum in scriptis ad hoc. l. publicati. C. de testa. & bono. pos. secundum tabu. l. j. & ij. & quemad. test. ape. l. ij. Aut possibile est ius agendi superuenire testibus non examinatis: & non auditur indistinctè: sed tantùm respectu testium, de quorum morte, vel absentia timetur, secundum dictum Bartoli in dicta authentica, sed si quis. & sic videtur intelligere dictā legem in lege Aquilia. Ex hoc videtur sentire, quòd si debitum est conditionale, vel in diem: ex quo conditio, vel dies potest extare ante mortem testium, non debet fieri examinatio testium, de qua hîc. Sed glossa sentit hîc contrarium, allegando illam legem; & ideò dixit quandoque. Idem contra opinionem Barto. apertè sentit Innocen. in cap. quoniam. in princi. in ver. absens. & Io. And. in addi. Specu. in loco superius allega. sequitur domi. Anto. hîc. Et hanc partem puto veriorem & magis consentaneam literæ illius leg. in lege

tronat⁹, etiā quòd fundator sibi non reseruauerit, tenet Ioan. Calde. in cō si. v. tit. de iurepatro. Cardi. consil. xj. incip. quędam societas.

a ✠SEB. SAPIA. ¶ Et publicandi. Hoc nō videt verū: qa est, puisum, vt posit petere, ꝙ imponat silentiū actori: vt tradit Bart. Ang. Pau. de Ca. in l. si cōtendat. ff. de fideiussori. facit. l. diffamari. C. de inge. manu. Sed vide solutionē per Feli. hîc col. penul. rñdentē, ꝙ prædictū remediū competit ex æquitate: & sic est extraordinariū. vnde sequitur illud, quod dicit Abb. hîc, ꝙ vnū remedium extraordinarium aliud non tollit.

b ¶ Nō. istā glo. in fi. sui: qa sentit, ꝙ qñ secundū leges ciuiles dat condictio ex lege secūdum canones intētat officiū iudicis: & à doctoribus hoc nō pōderat.

c ¶ Vtrum debitor soluens, posit cōpellere creditorē, vt sibi faciat instrumentū libera a tionis. vide hîc p d. Ant. in. vñ. col. & per gl. & ibi latius per Bar. & Innoc. qui alleg. hāc gl. in. l. ñ. in princ. ff. solu. mat. Et ad hanc materiā, vide bo. tex. in. c. lō ginquitatē. &. c. sępe. xñ. qō. ñ. & vtrum posim compellere debitorē: 5 vt faciat mihi in b stru mentū de debito cōditionali: c vide Paul. de ca. in l. in oībus. ff. de iudi. & vide Pau. de Ca. in. d. l. ñ. vbi alleg. quædā alia ad hoc. Et dicit ꝙ dē hoc est gl. in. l. chirographis. de admi. tu. in. l. pupillus. de noua. Et dicit ꝙ de hoc habetur plenè p Bart. in. l. iiñ. §. nunc de effectu. de lib. lega. & in. l. si finita. §. eleganter. ff. de dāno infec. hîc alle. p do. Anto. & Abba. & vide ad idē Paul. de ca. in l. si mulier. ff. de condicti. ob. cau. mor. Et ad hoc optimè facit, quod no. do. Anto. in. c. finautē. circa finē. de rescript. & qđ ibi notaui. &, de q. hîc posita, per do. Ant. vide per Imol. in. l. huiusmodi, §. si i ta lega tum. circa finem. de lega. j. vbi concludit, ꝙ non tenetur facere instrumentum solutionis, sed compellitur facere acceptilationem. Item addhuc, ꝙ pro ista glo. optimè facit tex. in. l. si quis fundum. §. fi. cum. l. seq. quæ incipit. & ago ex conducto. & quod ibi no. Bar. ff. loc. & tex. in. l. si à colono. ff. de verb. ob. Aduerte tamen, ꝙ si creditor meus habet apocham de manu mea super debito: si d solui & debitum possum agere contra ipsum pignoratitia actione: vt reddat mihi apocham meam. ad hoc est gl. no. quam ibi ad hoc nō. Paul. de ca. in. l. si pecuniam. ff. de pign. act. vel pōterit pro recuperatione apochæ agere condictione ex lege vel officio iudicis: vt. l. dissolutæ. & quod ibi not. C. de condi. ex lege. & si solui debitum creditori: & ipse non vult mihi facere instrumentum quitationis, vel deliberationis, possum ipsum compellere vt deleat & cassetinstrumentum debiti. Ita sing. not. Bar. in auē. cassa. in fin. de sacrosanc. eccle. Adde, ꝙ nunquā possim compellere aliquem: vt faciat quitationem generalem secundum Bart. in. l. cū aquilia. ff. de transac. Item vide Bartol. in. l. si ita fuerit. j. ff. de manu. testa. vbi dicit, ꝙ iussus reddere rationem, reddere tenetur volumina rationum.

¶ Adde, an creditor teneatur facere quitationem debitori de recepto, Baldum consilio cccxlix. Anto. Francif.

¶ Circa hoc, an debitor soluens creditori, possit petere à creditore, ꝙ cassetinstrumentū debiti. vltra hîc dicta, dicas ꝙ potest petere & facere sibi cassari instrumentum obligatiōis per not. in. l. nihil interest. C. de sol. & per no. in. l. lucius. ff. de pac. Et adde quòd soluēs creditori, apud quē pro eo intercessit fideiussor: cui pignus dederat, potest à fideiussore pignus repetere. l. fideiussor. in princi. ff. de fideiuss. Et si pignus est penes creditorē soluens creditor, piignus repetit à creditore & si soluerit partem, potest etiam partē pignorū repetere. l. quādiu. & ibi Bar. & doc. not. C. de distract. pigno. & l. si necessarias. in. §. si vnus. ff. de pigno. actio. Et adde, ꝙ debitor habens duas quitationes vnius tantū debiti, potest repetere à creditore vnā solutionem tanquam indebitam. casus est singula. in. l. ne casu. C. de

Aquilia. & æquitas maximè illam suadet: cum enim non possit agere de præsenti: & nihil incertius hora mortis, æquū est subueniri, prout hîc dicitur, cū nullū in hoc sed in contrarium periculū esse potest. Item facit glos. not. in. d. c. quoniā. in prin. super verbo subtrahantur. quę dicit, ꝙ si dubitatur, an testes varient dicta sua propter morā, sunt recipiendi. cum ergo in tē pore conditionis, vel diei existentis possent testes dicta sua variare, vel fortius casibus nō superesse est meritò prouidendum, prout hîc dicitur. ¶ Venio ad secundū membrū, quādo testes petūtur examinari ex parte rei, quo casu secundū oēs indifferēter testes sunt recipiēdi & publicandi. a cū nō sit sibi prouisum de alio remedio, ad hoc. d. aut. sed & si quis. & hîc secundum vnū intellectū. ¶ Intertio mēbro, qñ is, q peti potest esse actor & reus, dicēdum est idē: vt hîc secundū vnū intellectū, quē suprà latius declaraui. Licet enim iste posset agere, nihilominus & aduersarius potest agere. Imputetur ergo illi, qui requisitus non exhibet se promptum ad agendum. Nam isti facilius est intentare hoc remediū, quā agere: agat igitur ille si in hoc prætēdat præiudiciū. & per hoc habes clarissimè intellectū istorū iuriū, & diuersitatis rationē. ¶ † Quæro accipiēdo gl. b pe. an aliud c remediū poterat cōpetere huic presbytero contra hunc patronū? respōdet quòd sic. nam poterat agere, vt faceret ecclesię chartā libertatis: sicut pro apocha agit is, qui soluit: vt l. plures. C. de fide instrument. Et libertus agit contra patronū, ꝙ faciat ei chartā manumissionis: quod no. hoc tamē est remediū ordinariū.

¶ † Ex quo not. d ꝙ vnū remediū extraordinariū non tollitur per aliud. Nam licet cōpetat remediū, de quo in gl. nihilominus etiā competit istud, de quo hîc in tex. & vide gl. in. l. de peculiū. C. ad le. Aquiliā. & quod no. in. c. fi. de collu. & insti. si qua. pau. fe. di. in fi. & in Spe. de instru. edi. §. postquā. verficu. quid si debitor. & per Bart. in. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. vbi generaliter tractat, an & quando reus agere potest: & quomodo & quando faciendū sit instrumentum. dic etiam extra gl. ꝙ potuisset presbyter etiam agere via ordinaria intentando confessoriam: vt. s. dixi, dicendo hoc ius libertatis ecclesiæ competere: & sic petere pronuntiari. Cui autem competet data libertate ius præsentandi. dicit Vincent. ꝙ si ecclesia est collegiata, collegium liberè eliget: aliâs cessante collegio Episcopus liberè prouidebit, sicut in alijs. s. de elect. c. j. & xvj. q. vij. omnes basilicæ. Dic ergo, quòd ecclesia ista remanet libera in dispositione iuris communis, si ius patronatus non competeret. ¶ Gl. vlt. est clara, sed contra eam & contra text. oppo. videtur enim, ꝙ denuntiatio fienda patrono probari possit, ne dum per instrumentum, sed etiam per testes. Item per sigillum authenticum, iuxta ea, quæ habentur & not. in. c. ij. de fi. instru. & cap. licet vniuersis. de testi. docto. fatentur contrarium. sed quia testes isti æquè possent deficere, sicut in principali, quos recipi mandat: meritò consulitur: vt de hoc fiat instrumentum. ¶ Et si diceres, nonne etiam probatio instrumenti potest antiquari. Item post centum an. negari potest scriptorem instrumenti fuisse tabellionē. respondet Hosti. quòd in primo casu prouidebitur per secundam publicationem & reuocationem. de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta. In secundo forsan extabunt plura instrumenta eiusdem manus, per quorum comparationem poterat roborari. C. de fide instru. comparationes. 7 ¶ † Not. singulariter hoc dictum: ex quo potes sumere practicam probandi & impugnandi hęc instrumenta autiqua. & vide Inno. in. c. veniens. de ver. signi. in. vj. vbi tractat qualiter probetur, ꝙ scriptor instrumēti fuit notarius. 8 ¶ † Sed quæro, vbi fiet hæc denuntiatio, de qua in tex. Hosti. dicit, ꝙ ad domum si absens est. arg. de cle. non resi. c. ex tuæ. &. s. de eo, qui mit. in pos. cau. rei seruandæ. c. fi. Inno. putat, quòd data illius absentia, debet expectari, si sine periculo hoc fieri potest, donec personaliter citetur: arg. ff. quæ sentē. sine appel. rescin. l. j. §. item cū ex edicto. dicēs notabile verbum, ꝙ iura quæ dicunt sufficere citationē ad domum, ponunt casus speciales: & remittit ad not. in. c. fi. de eo, qui mitt. in poss. Vide de hoc quod plenè dixi in. c. ij. s. e. & est veritas, quòd requiritur citatio personalis, ex quo nunquam fuit in iudicio, nec imminet periculum. secus si præcessisset contumacia, secundum do. Anto. hîc. Sed posset dici, vt arbitror quòd cum hoc casu non agatur de graui præiudicio, poterunt testes recipi citatione facta ad domum, si principalis se absentauit procurator non dimisso. Nam hoc casu proceditur ad missionem in possessionem ex primo decreto ex citatione domi facta: iuxta nota. in dicto capitu. final. sed si esset præsens, deberet citari personaliter, & non ad domum: cū hæc sit prima citatio: vt in. c. causam quæ. & quod ibi not. de dolo & contumacia. vide tamen quod scripsi in præallegatis iuribus. 9 ¶ † Vlterius quæro, an attestationes receptę secundum formam huius Decreta. valeant, si is qui produxit, agat contra alios. Innoc. & bene, quòd nō: secus eixit, si alius agat contra eum ex quo nunquam fuit in iudicio, nec imminet periculum. secus si præcessisset contumacia, secundum do. Anto. hîc. Sed posset dici, vt arbitror quòd cum hoc casu non agatur de graui præiudicio, poterunt testes recipi citatione facta ad domum, si principalis se absentauit procurator non dimisso. Nam hoc casu proceditur ad missionem in possessionem ex primo decreto ex citatione domi facta: iuxta nota. in dicto capitu. final. sed si esset præsens, deberet citari personaliter, & non ad domum: cū hæc sit prima citatio: vt in. c. causam quæ. & quod ibi not. de dolo & contumacia. vide tamen quod scripsi in præallegatis iuribus. 9 ¶ † Vlterius quæro, an attestationes receptę secundum formam huius Decreta. valeant, si is qui produxit, agat contra alios. Innoc. & bene, quòd nō: secus eixit, si alius agat

discusso. lib. x. secundū vnam lecturam, quā posuit Bal. in. l. seruo. in. §. si ab impubere. ff. de lega. j. & vide Ludo. Roma. in singula. suis. in versicul. geminata. in versicu. quæro quidam &c. vbi dicit hoc esse singulariter notandum.

d ¶ Ex quo no. Vide circa istam materiam Bal. in. l. j. §. per hanc. & ibi glo. ff. de rei ven. & Bal. in. l. prouinciali. ff. de no. ope. nun. vbi multum eleganter loquitur. & vide omnino Panor. in. c. ex parte. de rescrip. & docto. in. §. præiudiciales. ff. de insti. de actio. Ber. force.

a ¶ Vide Bart. in l. cũ hi. §. tranſactionẽ. ff. de tranſac. & do. Ant. in c. quinuallis. in. iiij. col. in ver. venio ad quartũ. j. de iureiurã. Itẽ, quãdo habeat locũ iſta examinatio, de qua in hac Decre. & in qbus caſib⁹, vide latè p Bal. in ſua marg. Inn. in ver. ſi lẽtiũ. in. j. q. Itẽ ꝓ illo dicto Barto. in. d. §. tranſactio. vide eũ in ſimili. q. idẽ tenentẽ in. l. nã poſteà. §. ſi minor. ff. de iureiuran. & in. l. ſocietatem. §. arbitrorũ. in. v. col. ff. pro ſoc. Itẽ adde, quid fieret ſi talis reus, cuius exceptio nõ erit ꝓbãda per teſtes, ſed alio modo etiã timet, ne peat ſibi ꝓbatio: quid erit fiendũ: cũ non poſsit hoc caſu habere locũ examinatio teſtiũ ad ꝑpetuã rei memoriam: nec poſsit cõpellere actorẽ agere? dic ꝙ tũc remediũ erit, vt eat ad iudicẽ, & implore offm ſuũ: vt viſa ſua legitima exceptione imponat perpetuũ ſilentiũ actori. Iſtã cautelã tradidit glo. fin. in l. Aurelius. §. cẽtũ. in verſ. cõſequi poſsit. ff. de lib. lega. quã alle. ꝓ ſina gu. Sal. in. l. iij. quibo. ce. poſ. pro qua eſt caſus in illa. l. iij. ſecundũ Bald. ibi. Sed adde, ꝙ idẽ dicit do. Ant. in. c. fi aũt. circa fi. de reſcri. alleg. ad hoc aliã gl. ĩ. l. fi cõ tẽdat. ff. de fideiu. Adde quòd remediũ habeat exceptiõe tut⁹. Ro. cõ ſi. cccxij. &. xcj.

ZACHARIAS.

b ¶ Verus valor rei. Adde ad ꝓbandũ verũ valorẽ rei, q̃ requirant, & q̃ admittat ꝓbatio, ſufficiatq̃: vide per Lanfrã. de oria. in c. qm̃cõtra. §. teſtiũ depoſitiones. nu. xcij. verſicu. quæro ſecũdò. cũ duobus num̃. feq. ſ. de probatio. de qua per Alexandr. de Imol. cõſi. lxxxv. Ma. Soci. conſilio viij. incipien. viſis. verſic. & ſtant iſta ibi, quinimo ſingulariter. volumi. primo.

Anto. Franciſ. ¶ Quomodo probatur verus valor alicuius rei: vide Bald. in. l. ij. in vlt. colũ. C. de reſcind. vend. vbi dicit, ꝙ probatur per cõmunẽ æſtimatio-

contra eũ. & hoc ideo, quia res inter alios acta &c. de fi. inſtru. c. inter dilectos. Hoc limitat verum, niſi alius ſucceſsiſſet in ius illius, contra quem teſtes fuerunt recepti. de quo vide plenè per Ioan. An. in add. loco præal. Si autem teſtes fuerint recepti in terminis. c. quoniã. j. reſponſo. dicit Inno. ꝙ ſi atteſtationes aperiuntur de conſenſu partiũ, etiam ante lit. cõteſta. valebũt ad æternã rei memoriã: ſiue ille agat, qui eos produxit, ſiue ille cõtra quẽ producuntur: quia iſto caſu forma illius Decret. conuertit ad iſtũ: quod no. Sed ſi aperiantur à parte altera neſciente, tunc nõ valerẽt, niſi tũc poſteà accederet conſenſus partis. & hoc quia non debẽt aperiri, niſi poſt lit. conteſt. tẽpore ſuo.

12 Inn.nec cõiter ſcribẽtibus. ¶ † Ex prædictis habes duas cõcluſiones.Prima,ꝙ ſi clericus receperit,vel acceperit cõpromiſſum,põt agi ad cõpromiſſum ꝓnuntiandum: nec liberaꝫ per ſuperuenientiam maioris dignitatis. Exa minemus primò iſtam,ſi dignitas nõ ſuperuenit,certum eſt ꝙ cogi põt,ex quo erat clericus tpe acceptationis:vt eſt tex.in.d.§.ſacerdotio.ad idẽ bo.tex.iuncta gl.in verſi. diſtricto j̃.de app.c.cũ ſpeciali.j.rñſo.Si aũt dignitas ſuperuenit,gl.tenet hîc,ꝙ non eſt cõpellendus ſed doc.ſentiũt contrarium:vt.s̃.vidiſtis.Sed ego credo non eſſe condemnandum ita de facili iudiciũ huius gl.Nam non eſt verum,quod dicit per rationem illius.§.ſacerdotio.eſſe:qa laicus mutauit forum:& ſic per iudicem laicum compelli non poteſt.Imò miror de eo,quod hîc dixit non ponderato prius illo tex.fundauit enim ille tex.ſe apertiſsimè ſuper alia ratione,ſcilicet ꝙ ſacerdos habet nunc vacare ſacris:ideò in fauorem Diuinæ maieſtatis nõ debet compelli:ſecus dicit ſi poſt clericatum acceptauit.Vnde ſi bene conſyderamus in ꝓmoto ad archiepiſcopatum, illa ratio concurrit.habet enim nunc vacare circa maiora longè,quã prius.arg.viij.q.j.c.qui eꝑatum.& in.c.in ſcripturis.& melius in.c.ante omnia.xl.di. vnde fauore onerum cultus diuini ſuperueniẽtis compelli nõ debet: cũ magis debeat vſurari in ſacris ꝓmotus de clericatu ad eꝑatũ,quã de laicatu ad clericatũ:& ideò magis excuſandus.arg.in auf.multômagis. C.de epiſco.& cleri.& in.c. cum cunctis.de elec.& in.c.cum Marthæ.de celeb.miſ. in ver.cæterũ.Et hanc opi.ſequor.Et collige contrariã concluſionem,vt per ſuperuenientiam epiſcopatus,nõ poſsit clericus cõpelli ad pronuntiãdum. ¶ Secunda cõcluſio,ꝙ ſi arbiter ſe abſentauit ad remotas partes: nec ſperatur rediturus in breui,expirat cõpromiſſum.vnde pars impunè poteſt ad iudicem habere recurſum.Et ꝓpter hoc in tex.ponderatur magna diſtãtia iſtius Archiepiſcopi.& intellige quando commodè compelli non poteſt ad redeundum,& officium ſuum explendũ.Nam illud dicimur poſſe,quod commodè poſſumus.l.nepos
13 proculo.ff.de ver.ſig. ¶ † Vltimò gl.ſi.quærit,an in perſonas illorum,qui mortui ſunt,poſsit obijci.Reſpondet ꝙ ſic:quod mihi ſatis placet:quia non agit de puniendis eis:& ſic ceſſat oppoſitio,ꝙ crimina morte extinguũtur. xxiij.diſt.quorũdam.Sed vt altera pars illorum teſtimonio non vtatur:& ſic potius videtur opponi contra partem aduerſam:iuxta not.per Inno.in.c. verum.de foro compe.Et ſic ad alios effectus,quã de crimine poſt mortem:vt in.c.ij.de præſcrip.lib.vj.cum ibi notatis. Et dicit hîc Hoſtien.ꝙ ſoluta erat hæc quæſtio per tex.in litera,vtroq; caſu.quaſi velit exponere illud verbum,ꝙ ſi ue teſtes ſint mortui, ſiue viui, & reproducantur : aliâs non poteſt obijci in perſonas eorum. Dictum eſt in ſe verum,ſed nõ multum congruit literæ.& de hac reprobatione teſtium, an & quando poſſet fieri : dic, vt in.c. præſentium.s̃.eo.& hæc notabis.

✠ SEB. SAPIA.

a ¶ Ex mutatione. Vide Bart.in.l.ñ. co.j.C.de edẽ.vbi dixit Bal.ꝙ noua inſtantia requirit noua acta. qd̃ tñ limita nõ procedere,qñ Papa diſponeret contrariũ:vt hîc per Feli. Item niſi interueniret cõſenſus vtriuſq; partis.vide do.Bartho.Soci.in tract. fallentia.viij.de quo dubitat Abb. in ca. pe.de iudi.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Princeps poteſt ſtatuere,vt vni teſti credatur in certis cauſis.*
2 *Imperator non poteſt aliquẽ priuilegiare in præiudiciũ canonũ.*
3 *Epiſcopo ſoli non creditur in foro eccleſiaſtico:ſecus in ſeculari.*
4 *In dubio non præſumitur profeßio licet probetur ingreſſus:& monaſterium non poteſt agere poſſeſſorio,niſi probet profeſſionem.*

CAP. LI.

NVper nobis. ¶ Non creditur teſti etiam religioſo, qui ſine iuramento deponit.hoc dicit. Cõmunis diuiſio.Secũda ibi:*reſpondemus.* ¶ Caſus literalis.Quidam presbyter.A.nomine ordinem fratrum minorum intrauit cauſa probationis:& poſtmodum nulla facta profeſsione intra annum exinde exiuit: ſed fratres ipſum ſuper hoc moleſtabant.vnde petijt à Papa ſibi ſuper hoc prouideri miſericorditer. Mandat Papa Epiſcopo Penenſi, vt ſi res taliter ſe haberet, denuntiaret illum ad obſeruationem illius ordinis non teneri.

a SEB. SAPIA. ¶ Testibus. Vide Feli. in c. literis. in. j. colũ. ad fi. j. de præsum. Deciũ in consi. xcj. in. j. co. & in consi. cxx. in. ñ. col. in fi.

b SEB. SAPIA. ¶ Præsumptionẽ. Casus in quibus creditur vni, vide enumeratos p. d. Ias. in repe. l. admonendi. col. lxvj. ver. venio ad quartũ casum. ff. de iureiu. & vnum ponit idem Ias. in. l. ñ. §. si absens. ante fi. ff. si ex noxa. cau. aga. alios ponit Feli. in c. veniens. co. vñ. ẽ. eo.

c ¶ Epõ. Statur dicto soli⁹ Epi producti in testẽ corã iudice seculari inter laicos iudicãte. Et iste ẽ sin. intellectus ad illud. c. oẽs. Attamẽ cõiter tenet, q illa lex sit abrogata. Et istũ intellectũ, q sit abrogata, tenet ibi gl. in. c. nouit. de iu. ĩ gl. ĩ ver. deponat in. c. cũ dilectissimã. xñ. q. ñ. Sed sustinendo istud mirabile dictum Inn. pt rñderi, q cũ istius. c. qcũq. priuilegium trãsiuerit iam in priuilegiũ, vel cõtractum nõ subditi, nõ potuit abrogari ĩ ꝓiudiciũ Eporũ, per id qđ not. dicit do. Ant. in fi. j. col. de consti. post Inno. in. d. c. dilectus. de tẽpo. ordi. Sed dat⁹ ali⁹ intellectus ad. c. quicunq. cõmuniter ꝑ alios relatũ, vt loquatur de summo Episcopo. i. de Papa. & hunc intellectum ponit do. Ant. in c. cum à nobis. in fi. j. col. ver. oppono, quòd de dictis vnius. s. e. Attamen intellectũ Inno, hîc, sequuntur omnes scribẽtes hîc. Nec est mirum, si Imperator dedit Episcopis tale priuilegiũ: quia Epi dicuntur præcones veritatis: vt dicit tex. in. c. ficut. vñ. q. j.

Anto. Fran. ¶ Circa hoc, an credatur soli Episcopo, dicas q regulariter vnus testis quãtęcũq sit dignitatis, nõ facit plenã fidẽ. Requirunt ẽm saltẽ duo. l. vbi numerus. ff. de testi. c. in omni negotio. hoc eo. tit. c. cũ esses. de testi. tñ sunt multi casus, in quibus creditur vnico testi: putaĩ causa parua testis est honesta persona. Ita do. Ant. in c. veniẽs. el. j. hoc eo. tit. & idem ipse in c. j. de appel. Secũdus est, qñ testator mandat stari dicto vnius, secũdũ Bar. in. l. Theopompus. in prin. ff. de do. præle. Item statur dicto vnius rei. ratione infidias factas Papæ. ca. si quis. lxxix. distin. vj. q. j. in. §. verum. Item statur dicto vnius doctoris practici de consuetudine & stylo, secundũ Bar. in. l. de quibus. in. iij. q. prin. in rep. ff. de legi. & per do. Abb. in. c. ex publico. de conuer. cõiug. Itẽ stat dicto solius Papæ etiam de his, quæ vidit ante papatũ. glo. est in. c. j. de renun. in. vj. & in cle. j. de testi. & c. ad apostolicæ. de reiud. in. vj. & vide Bal. in. l. iurisiurandi. C. de testi. Itẽ creditur soli Cardinali, vt per Bald. in. d. l. iurisiurandi. in. ij. col. & habetur per Innocen. in. c. cum olim. el. j. de priuileg. & in. c. cum dilectus. de accu. tamen vide domi. Abb. in dicto. c. cũ olim. post gl. maximè quando tractatur de præiudicio tertñ: quia tunc videtur esse valde dubium, an sibi soli credatur. de quo etiã vide per glo. in. c. nobilisim⁹. xcviñ. distinct. & per Bart. in. l. j. C. de superindi. lib. x. & per Bald. in l. si qua per calumniam. in vlti. col. C. de epis. & cle. Itẽ credit soli Regi, ita Bal. ĩ. l. j. C. de offi. præfec. p̃to. & in. l. j. in. §. j. ff. e. & vide Pau. de cast. in cõsilio suo. xxxvñ. inci. priusquã. Itẽ creditur soli Episcopo: vt hîc, & p do. Abba. in. c. cũ nũtius. ĩfi. hoc eo. ti. & ĩ. c. ficut. de ꝓb. Itẽ credit soli sacerdoti deponẽti de pœnitẽtia facta de peccato. Ita Archi. ĩ. c. capite. l. di. & in. c. ipsi. ñ. q. vij. Itẽ credit soli Imperatori. ita Bal. in. l. ex his. in vlti. col. C. de test. mil. & vide Paul. de ca. ĩ cõs. xxxiij. & ĩ. l. q̃ro. ĩ fi. ff. de ædil. edic. & vide do. Car. ĩ cle. ij. in ñ. q. de re iudi. Et de hoc arti. an & quãdo credat vni testi. vide Host. ĩ c. licet. hoc eo. ti. & vide p Spe. ĩ ti. de teste. ĩ. §. restat de numero. ĩ ver. hoc tñ fallit. vbi ponit. xxx. casus in qb⁹ vnus solus ꝓbat. Et adde, q de cõcernẽtib⁹ si dẽ, credit soli Ioãni Euãgelistæ: vt p do. Car. in cle. j. ĩ. §. hęc est. de summa trinitate. & vide plenè p nouiss. scriben. in. l. admonendi. ff. de iureiuran.

Secunda quærit, quid si iste presbyter voluisset & consensisset? respondet quòd tunc bene valeret testimonium: suprà eodem. c. tuis. & dicit hîc Hostien. non sufficere, quòd pars aduersa non contradicat: argumen. in. c. de testibus. s̃. eodem. dummodò non consentiat expressè: ex quo not. q requiritur consensus partium expressus. facit. l. filiusfamiliâs. §. inuitus. ff. de procuratoribus. & l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. & quod not. Innocentius in. c. in genesi. de elec. ¶ Quæro, text. dicit, quòd nullius testimonio creditur sine iuramento: nunquid credatur vni cum iuramento? respondet glos. quòd non quo ad probationem, sed bene quo ad præsumptionem[b]. vel vbi causa sit non præiudicialis: quia tunc ex quo non agitur de præiudicio alterius, creditur vni soli. & in hoc nota glos. & idem Innocentius super rubric. de consecratio. eccle. vel alta. & gl. in. c. licet vniuersis. s̃. eodem. & vide. xxij. casus, in quibus creditur vni testi, quos ponit Speculat. eodem titu. restat. versicu. hoc tamen fallit. vide quod not. Barto. in. l. Theopompus. ff. de dote præleg. ¶ Sed extra glos. contra hoc dictum oppo. de. c. quicunq. xj. quæstio. j. vbi creditur soli Episcopo [c] in quacunq causa. Soluit Innocen. quòd illud non tenetur: quia continet priuilegium Imperatoris & derogatur ei per canonem. vel secundũ eum, illud est speciale priuilegium, quod concessit Imperator Episcopis in causis, quæ mouentur in iudicio seculari: quia in causis, quæ mouentur in foro ecclesiastico coram iudice ecclesiastico, non potest concedere priuilegium. Ad quod allegat Hostiensis de rebus ecclesiæ non alienandis. capitulo finali. de deci. capitu. tua. & quod not. j. ne cleri. vel mona. c. ficut. & nota bene hoc dictum. ¶ † Nam primò habes, quòd Princeps potest statuere ex causa etiam priuilegium conferendo: vt vni testi credatur [d] in certis causis [e], vel certa qualitate personarum inspecta: & sic recedere ab illa regula iuris [e] Diuini: in ore duorum, vel trium. & c. suprâ eodem. licet vniuersis. & vide omnino quod dixi in capitu. ficut. de probatio. & in capitu. cum à nobis. suprà eodem. ¶ † Secundò notabis, quòd Imperator non potest aliquem priuilegiare in foro ecclesiastico in præiudicium canonum. ¶ † Tertiò nota, quòd soli Episcopo non creditur in foro ecclesiastico: secus in seculari secũdum vnum intellectum illius. c. quicunq. quod aliâs incipit oẽs. licet credã hoc nouũ obseruari de cõsuetudine in foro ciuili. ¶ † Vltimò de ꝓfessione istorũ mendicantium, an possint ꝓfiteri

a SEB. SAPIA. ¶ In certis causis. An autem valeat cõsuetudo, q vni testi credatur, vide Matt. in not. lj. incip. no. q consuetudo. Ias. in. l. de quibus. col. xvñ. ff. de legi. vbi aliqua ad propositum. vide etiã Abb. & Moder. in. c. ij. de proba.

b ZACHARIAS. ¶ Vt vni testi credatur. Adde huc qđ not. posuiĩ apostil. ad istum in. c. cum contingat. in versi. dictũ vnius. s̃. de rescrip. & in. c. post translationem. in fi. id ver. numero testium. & vtrobiq remiss. vbi allegaui duo singnlaria Ro. s̃. de renun.

a ZACHARIAS. ¶ Quod ꝓbet. Adde, si nõ posit ꝓbari ꝓfessio, an & qñ ꝑsumat aio ꝓfitẽdi intrasse religionẽ: & q sunt idonei testes hoc casu p Laf. i. c. qm cõtra. §. testiũ depositiõ est. nu. lx. ver. ī quatuor tñ fallit casib⁹.

b Anto. Franc. ¶ Canonizatione. Dicas, q̃ sol⁹ Papa põt sanctos canonizare & referre ī cathalogũ sanctorũ. & q̃ requirauť ī ipsorũ canonizatiõe: vide no. gl. in. c. j. de reli. & venera. sanc. ī. vj. & vide Host. in summa. de reli. & vene. sanc. & vide Spe. in ti. de le. ī. §. nũc ostẽdẽdũ. Et vide bea. Tho. ī trac. de quolibet ī. viij. q. vbi dicit, q̃ nullus canonizatorũ est dãnat⁹.

c ¶ Nõ valet. Non valet examinatio testiũ, si iudex simul examinat duos testes. & idem dicit Spe. in ti. de teste. §. nũc tractãdũ. ver. sed pone produxit in causa. Et idẽ sentit in eodẽ. §. in princi. Sed contrariũ videtur casus apertus in. c. ij. de causa possess. sed põt responderi, q̃ ille tex. loqť in testibus, qui successiuè recipiuntur, q largo modo satis dicuntur recipi. argu. eius quod not. glos. iñ. q. ix. ī c. nihilomin⁹. vel dic, q̃ dictio pariter: ibi non determinat numerum testium, sed pluralitatem causarũ quia testes simul possunt deponere de possess. & ꝓprietate. & vide ẽt quod not. domi. Anto. in. d. c. iñ. in j. col. de cã pos. & proprie.

d ¶ An autẽ qñ testis examinaẽ debeãt adhiberi testes, vt interfint depositiõi. Gl. ī. l. curẽt. ff. eo. dicit, q̃ sic: nisi cum iudice examinante adsit notari⁹. Sed Bal. ī. l. nullã. ī. iñ. col. ver. iiij. no. C. eod. refert Nico. ma. dicere, q̃ consilium est, vt in factis arduis testes deponãt honestis ꝑsonis & fide dignis põtib⁹. Circa istã qõnẽ vide. d. Anto. in. c. cum causam. el primo in. ij. col. versicu. an solus. suprà eodem. & ibi etiam domi. Acba. s. gl. secunda.

intra annum probationis: dic, vt habetur in. c. non solum. & in. c. constitutionem. de regu. libro. vj. Et not. vnum ex tex. & ex dictis docto. quòd in dubio non censetur quis professus: licet ꝓbetur q̃ ingressus fuerit ordinem: sed
a oportet quòd probetur[a] per monasterium, ex quo alter negat. facit. c. statuimus ī. de regul. Item quòd egrediendo de monasterio, nõ tenetur petere licentiam de necessitate: sed põt exire ad libitũ, exquo professionẽ nõ fecit: nec tenet redire, nisi ꝓbet cõtra eũ ꝓfessio: vt hîc quod bene notabis. Vnde credo, quòd monasterium non posset agere possessorio, nisi probaret professionem: quia liber homo possideri non potest sine causa; vt in. l. cum hæredes. in fi. ff. de acquir. pos. Ideò oportet, quòd probetur illa causa possidendi: sicut in simili obseruatur quando maritus, petit restitutionem coniugis. de quo dicendum: vt leg. & no. in. c. ex parte. & c. ex transmissa. de restitu. spolia. & puto, q̃ illa materia posset obseruari ī casu nostro. quod not.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Quo ad canonizandum aliquem requiritur probatio bonæ vitæ cum miraculis.*

2 *An commissarij possint subdelegare examinationẽ testium. ad aliquem canonizandum.*

3 *Quilibet testis de per se debet examinari, non præsente conteste.*

CAP. LIII.

Venerabili. ¶ Diligenter & sigillatim examinandi sunt testes. supple etiã si agitur de vita & miraculis alicuius canonizandi. h. d. In prima parte ponitur petitio. In secunda testium recipiendorum cõmissio. ibi: *discretioni*. ¶ Casus literalis. Multi Episcopi & Abbates & alij viri religiosi apud Cistercum in generali capitulo cõgregati domino Papæ significauerunt, quòd meriti⁹ bonæ memoriæ. M. quõdam Abbatis monasterij sancti Martini ordinis Cistercien. Coriso-piten. diœcesis à domino multa miracula apparuerunt: vnde supplicauerũt eidẽ, vt ipsum in cathologo sanctorum faceret annumerari. Vnde mandauit Papa quibusdam, vt diligenter veritatem inquirerent super vita & miraculis dicti Abbatis: & eam sibi significarent. ipsi receperunt multos testes, & eos do. Papæ remiserũt. Do. Papa inuenit ex relatione ipsorum inquisitorum, quòd testes illi non erant recepti secretò & sigillatim cum ea diligentia quæ soletin testibus adhiberi. vnde non adhibuit fidem eorum dictis, vnde mandat Episcopis præsentibus, quatenus testes quos & monachi & abbas sancti Martini cistercien. super vita & miraculis piæ memoriæ. M. monasterij supradicti Abbatis, duxerint producẽdos sigillatim & secretè examinare procurent cũ ea diligentia, quæ solet, & debet in receptio-

¶ Adde tamẽ casum, in quo licet cum iudice adsit tabellio iudex debet examinare testes coram duabus personis idoneis, scilicet cum recipiũtur testes in causa hæresis. tex. est sing. in. c. vt officiũ. §. j. de hære. in. vj. Et ad de gl. in. l. solam. C. de test. Sed contra hoc facit text. in. l. sancimus. ver. vel inter acta manifestauerit. C. de testi. vbi æquiparatur. an aliquid fiat coram idoneis testibus, vel inter acta. Et vide quod no. do mi. Ant. in. c. qm̃ contra. in. xvij. colum. versi. oppo. quòd non credať. de proba.

Anto. Franc. ¶ Circa hoc, an ī examinatione testium debeant alij testes adhiberi. Dicas primò, q̃ testes non debẽt deponere & examinari simul, licet possint simul iurare. sed debẽt examinari sigillatim & seperatim adhibito tamen notario. De quo vltra hîc allegata, vide Specul. in ti. tu. de teste. in. §. j. in ver. sed pone ecce. Potest tamẽ per iudicem ordinarium, vel delegatum Principis cõmitti notario: vt ipse examinet: vt ī auť. apud eloquenti sisimum. C. de fide instrm. secus auť si delegatus inferioris cõmitteret notario: vt examinet: nisi fortè esset auditor cameræ apostolicæ, vel dñi papæ, q̃ cõmitteret talẽ examinationẽ: vt per Spe. ī ti. de delegato. in. §. j. in ver. sed nũqd & ibi per Bald. in additionibus. Et quòd talis examinatio testium deat fieri secretò, & non in præsentia partium, habetur per gl. in. l. minimè. & ibi p Pau. de cast. & docto. ff. de leg. & p Specu. in titul. de teste. in. §. id tractandum. in vlti. col. & habetur p glo. ī. l. laudabile. C. de aduocatis diuer. iudi. Dicas tamen, quòd in causis arduis bonum consilium est, q̃ testes examinentur coram aliquibus testibus, qui iurent non reuelare dictum testis donec fuerit pu-

1 ne testium adhiberi. Ber. ¶ † Nota primò, q̃ etiam religiosi licitè instant pro canonizatione alicuius sancti, etiam si fuerit de ordine ipsorum. Nam omnes isti de quibus in principi capituli, instabant & preces porrigebant pro-
b istius Abbatis canonizatione[b], ad quorum petitionem Papa commisit testium receptionem super vita & miraculis illi⁹. Et ex hoc & ex text. not. neminem canonizandum, nisi prius diligenter per depositionem testium fide dignorum constet de illius vita optima & miraculis. Non enim sufficit vita sine miraculis. Intelligo ad finem canonizationis obtinẽdæ: non enim ad finẽ beatitudinis. Nam ad esse sanctitatis non requiruntur necessariò miracula: vt not. in. c. j. de reli. & venera. sanc. & in c. vno. eodem titulo. libro sexto. sed non debet canonizari: quia ignoramus sine miraculis an fictè vitam duxerit, an fuerit dignus ira, vel misericordia. ad hoc. c. finali & quod ibi not. de pur. ca. Nec sufficiunt miracula sine vita: quia sæpe fiunt ex scientia, & nõ ex dono Dei: vt in gl. j. *Sæpe ex dono Dei sine merito vitæ.* & tales punientur magis: quia sanctis vsi sunt non sanctè. vide tex. notabilem in. c propheta uit. j. q. j. & in. c. dictum. ea. causa. &. q. & in. c. solet. de conse. di. iiij. vbi Aug. infert, q̃ tanta põt esse miraculosa fides sine charitate: vt quis trãsferat montes de loco ad locũ. Et hoc bene notabis pro aliquibus vetulis: quæ sine merito vitæ videtur facere miracula, & prædicere futura. Possunt enim habere spiritum ꝓphetiæ ex dono Dei sine merito vitæ: vt in dictis iuribus, licet nonnullæ faciant ex deceptione Diaboli. argu. xxvvj. q. v. c. episcopi. &. q. iiij. c. sciẽdum. Et quæ requirantur, vt dicatur miraculũ: vide bo. glo. in. c. vnico. & per Innoc. in. d. c. j. vbi dicetur. ¶ Nota ibi: *quod Abb. &c.* quòd in inquisitione potest quis assumere ministerium partis authoritate iudicis, & illã promouere, etiam si fiat ad inueniendum miracula. Idẽ si agatur ad crimina inuenienda, de quo in frà cap. proxi. ¶ Not. quòd testes debent examinarim sigillatũ. & secundũ Ioan. an. dic sigillatim, id est quilibet de per se, non duo simul:
c aliter non valet[c] testimoniũ, secũdum eum. de quo vide gloss. in capitu. cũ causam, suprà eodem, & ibi dixi qualiter hoc esse intelligendũ.

2 ¶ † Nota, quòd cum agitur de canonizando aliquo, non esse necesse, vt testes producantur de longinquo ad curiam romanam: sed licitè fit commissio in partibus. Et an isti commissarij possunt subdelegare. Bonaguida putat, quòd non, propter arduitatem negotij, & & industriam electam. argumentum in. c. fina li de officio delegati Ioannes Andræas dicit tenendum vt habetur in clementina iudices. de offi. deleg. & distingue, vt ibi no. in glo. ¶ No. vltimò, q̃ testes debent examinari diligenter: debet enim iudex inquirere de singulis circũstantijs: vt in. c. cum causam. s̃. eodem & omnia
3 diligenter percũctari. ¶ † Gl. sunt faciles. No.
d tamen glossam. ij.[d] quare testes examinantur figilla

blicatum:vt illud sit secretum partibus,& etiam aduocatis & procuratoribus:ne examinator etiam sit suspectus partibus:vt per glo.& Bar.in.l. custodias.ff.de publi.iudicijs.& per eundem Bartol.in.l.si postulauerit. in.§.quæstioni.ff.de adulte.& per.Pau.de cast.in.l.legis virtus.ff.de legi.

a ¶ Obscurum dictum pro non dicto habetur.vt dicit glo.iiij.q.iij.c.si testes.§.item ī testibus.& est gl.in.c. qui Episcopus.in versi.simplicibus. xxiij.dist.& tex. in.l.de ætate. §.si interrogat⁹. ff.de interrogato. acti. Adde,q̄ testes deponẽtes sup quãtitate mutui,non probant:quia nimis generaliter & nimis obscurè deponunt,saluo nisi per alios testes probaretur aduersariũ anteà ex modico ĩteruallo petijsse ex mutuo. Ita dicit do.Ant. in.c.fi.in.ix.col.j. de iureiuran. vbi vide, quæ plenè not. Et de hoc an valeat dictũ testis obscurè deponẽtis:vide bonã gl. iiij.quęstione.iij. §.item ī testibus. & vide Spe.in ti. de teste.§.j. ī.xv. iij.col.ver.itẽ q̄d testis obscurè. & vide Bal. in.l.j.C. de emend. Iusti. Codi.vbi dicit,q̄ fides testis dicitur vacillare propter nimiam obscuritatẽ. Alibi tamen dicitur, q̄ verbũ dubiũ,seu obscurum testis, interpretatur cõtra ꝓducẽtẽ: vt est glo. in.c.in præsentia. de proba.& vide q̄d ibi latè notaui post do. Anto.in pen.chart. Adde huc Bar.ī.l. reperti.ff.de qõ.vbi dicit,q̄ iudex debet repetere testẽ:vt dictum suum declaret:vel rõnem dicti sui reddat.& not. Archi. post gl.ī.c. graue.xxx v.q.viij. vbi dicit q̄ testes q dubiè, vel confusè dixerunt, possunt iteratò ꝓduci:vt dicta sua valeant declarare:qa obscurè dictũ ꝓ nõ dicto habeť.& dicit a quòd de hoc not. Gof.ī summa de testibus. §.super quib⁹.ver.sed nũq d t eneť.cũ versi. seq. Itẽ adde huc

sigillatim.Ioannes Andræas addidit aliam rationem,ne fortè ipsis adinuicem discordantibus vox contradictoria de foris audiatur.argumentũ suprà de electione.in causis. Et sic partes discant testificata:quo casu non esset amplius locus productioni testium ĩ eodem. capitul.vltra.Prima ratio gloss.plus mihi placet: nec est verum dictum Ioannis Andreæ: quia non posset pars ita diligenter percuncta ri ex sola contradictione:vt per hoc excludatur à productione aliorum testium:vt dicetur in dicto.c.vltra tertiam.Est tamen casus, in quo omnes coadiuuantur,scilicet in publicatione testamenti solennis.C.de test.l.publicati.Quis autem possit canonizare?dic,quòd nemo præter Papam:vt in.c.primo.de reliq. & vene sanct.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ex officio publicatis attestationibus testes recipere non ad petitionem partis: & si non vult repetere,non cogitur,licet obscurè deponant.*

2 *Publicatis attestationibus potest actor ad corroborandam probationem suam testes producere.*

3 *An indistinctè liceat publicatis attestationibus, cũ proceditur per inquisitionem testes de nouo producere, vel aliquos repetere.*

CAP. LIII.

CVm clamor. ¶ Iterum examinandus est testis,qui obscurè deposuit supple iudicis ex officio. In prima querelam. In secunda mandatum.ibi: *mandamus*. ¶ Casus literalis.Archiepiscopus Archerontinus super simonia & alijs criminibus erat apud dominũ Papam multipliciter famatus:vnde frequentibus clamoribus excitatus dedit duobus Episcopis in mandatis:vt super his diligenter veritatem inquirerent: & sibi quod inuenirent,rescriberent diligenter. Ipsi super simonia & alijs excessibus testes recepe runt:& eorum attestationes remiserunt domino Papæ:apertis attestationibus. L.&.G. super simonia ita confusè deposuerunt,quòd ex dictis eorum veritas non poterat declarari.Vnde iterum mandat Papa quatenus testes illos iterum examinent,& alios qui super hoc sciuerint veritatem: & dicta illorum & aliorum,quos receperint sub sigillis suis domino Papæ remittant. ¶ Not.ibi:*apertis attestationibus*. quòd testis potest repeti, vt dictum suum declaret, etiam post publicationem.quod intellige, vt dicetur cum glossa. ¶ Not.quôd obscurum[a] dictum habetur pro non dicto quo ad iuris effectum. ¶ Nota vlti mò casum,in quo idem testis repetitur super antiquis capitulis,etiam post publicationem. vide ad materiam quod dixi in capitulo per tuas.suprà eodem. ¶ Contra hoc & contra

quod notant do.de Ro.in nouis.deci.lxxxij. Adde q̄ dicta testium obscura & incerta declarantur & ratificantur ex instrumentis productis.vt no. d.Ant.in.c.ad audientiam.in.ii.col.de prę̄scrip.

b ☞ SEB. SAPIA. ¶ Iudicem. Vide Bar.in.l.in repeti.in prin.ff.de qõ.

c ☞ SEB. SAPIA. ¶ De nouo recipi. Vide Bal.in.c.j.§.si em̄ dño.co.iij. qd sit inuestitura. in vsibus feu. Bal. in.l.bonæ fidei.C. de rebus credito. Alex.in authẽ.at q semel,ī apostillis.C.de probat.

textũ oppono. Videtur enim, quòd duplici ex capite non debuerunt testes iterum examinari. Primò,quia si obscurè deposuerant,fienda est interpretatio contra eum,qui illos produxit:vt in.c.in præsentia.de probatio.& in regula,contra eum.libro sexto. Secundò,quia est timor subornationis post publicationem: vt in.c.fraternitatis.suprà eodem.Solu.gloss. ij.ante,quàm solutionem,in contrarium opponit de.l.si quis intentione.ff.de iudi.vbi fit interpretatio in fauorem proponentis:& nõ soluit:sed illud procedit in actore in eo,quod dixit principio causæ.Et declara latius intellectum illius legis:vt dixi in.c.cùm ad sedem. de restitutione spoliatorum.Sed attingendo solutionem principalis quęstionis,dicit glos. quòd istud,quod hîc dicitur procedit quando iudex mouetur ex officio suo,nõ ad instantiam partis,& præcipuè cum procedit per inquisitionem:vt hîc procedebatur.& maximè in crimine simoniæ.Nam iudex potest interrogare quandocunq̄ sibi visum fuerit.xxx.q. v.c.iudicantem.&.l.vbicunq̄.ff.de inter.act.

1 ¶ † Not.bene hanc glos.vult enim iudicem[b]

b posse ex officio suo testes obscurè deponẽtes interrogare,ẽt vbi processit inter partes. Et idem not.gloss.in.c.in præsentia.de probat. & in.c.per tuas.s̃.eodem.vide glo.xxx.q.v.d. c.iudicantem.& in hoc prodest multum habere iudicem fauorabilem.Nam iudex potest sine iniuria alicuius testes obscurè deponẽtes iterum non interrogare, & absoluere reum: per regulam,cum iura partium sunt obscura. libro.vj.& per dictum.c.in præsentia. Itẽ potest interrogare ad animi sui claritatem:quia graue est super re incerta certam ferre sententiam.xj.quæstione.iij.c.graue.&.d.c. iudicantem.&.l.vbicunq̄.ff.de inter.act.Sed ad petitionem partis non tenetur hoc facere:quia timet de subornatione: nisi in casibus, in quibus dixi.in.c.per tuas.s̃.eod. ¶ † Et vide quod

2 not.Inno.in.c.cum Ioannes.de fide instrumẽtorum. Dicit tamen hîc singulariter Innocẽ. quòd etiam ad petitionem partis post publi

c cationem possunt testes de nouo recipi[c],nõ ad declarandum dicta aliorum obscura, sed ad confirmandum priorem probationem ipsius producentis.Ponit exemplum per duos testes probaui me emisse tali die:aduersarius probat me alibi fuisse illa die,quã in loco celebrati contractus.Possum etiam post publicationem alios producere ad confirmandum priora dicta,scilicet quòd eadem die fui præsens,& emi:quia non est timor subornationis propter probationem,nec debet mihi imputari,quare prius non probaui: quia poteram confidere de mea priori probatione.vnde satis cum iuramento de malitia debeo admitti.quod nota.& hoc latius attigi in.c.cùm in tua.&.c.ex tenore. s̃.eodem.& in.c.series.

3 ¶ † Nunc quæro[d] extra glossam,an indistinctè,cum proceditur per inquisitionem liceat

d post publicationem attestationum testes de

d ¶ An & quando promotor, vel ꝓsecutor ĩquisitionis publicatis attestationibus possit producere testes. Et adde q̄d de hoc scribit Archi.in.§. item criminali.iiij. q. iij. Et vide Archi.in c.votũ.ij. q.j.vbi dicit,q̄ si inquisitor ex officio suo procedit publicatis attestationib⁹, denuo põt ab alijs testibus inquirere:sed nõ sic,qñ inquisitor procedit aliquo adiuuãte inquisitionem. Ita dicit no. Gof. ī.c.qualiter & qñ §.debet.in gl.j.de accu.& Gofre.in summa.de accus. §.videamus.& vide per Baldum in apostil.in.l.iij. in iiij.colum. de testib.vbi refert dictum Innoc. hîc, & ipsum limitat. & vide Bald.in.l. eos.§.si quid aũt. circa fi. princi.C. de app.vbi dicit, quòd inquisitor põt post didicita testificata producere testes ī quacũq̄ causa.& allegat Inno. hîc. Et adde huc Bal.in.l. ampliorẽ.,ppe finem princi. C.de appel.vbi dicit q̄ iudex didicitis testificatis potest ī terrogare testes: quia in iudice aliquid ex officio faciente vel supplẽte,nõ timetur subornatio.& allegat Inn.hîc.Itẽ vide Archi. in.c. placuit.iiij.q. iiij. vbi dicit,q̄ ẽ spãle in inquisitione quæ ex puro & mero officio fit, vt nõ attendať ibi testiũ publicatio quantũ ad hoc:qa semper testes ꝓducereť cum ib,

cesset subornationis timor. & dicit quòd fortè hæc dilucidatio non est faciendа ad petitionem partis: sed officio iudicis. & alle. Inno. hîc. Sed tu vide, quod latissimè & melius, & alibi scribit dominus Maria. in repe. c. qualiter. in. cxiiij. q. ix. prin. de accus. & per Domi. post Archi. in. c. per hoc. §. j. de hære. in. vj & per Ange. in repe. l. si vacantia. in. viij. char. C. de bo. vac. libr. x. Adde huc cautelã, quã ponit Bal. in. l. fi. in fi. principij. C. de appell. vbi dat cautelam, p quã semper poterunt produci testes publicatis attestationibus, p tradat eorum nomina iudici & se absentet & posteà iudex examinabit ex officio: & dicit istum esse nouũ modũ. & istam cautelã reprobat Roma. a in. l. iiij. §. hoc aũt iudiciũ. ff. de dã. infect. in. ij. colũ. Item an iudex ex officio suo possit recipere, seu examinare testes super casu nullo p ducẽte eos. Bald. tenet quòd sic, in l. iij. C. de adul. & in. l. eos. §. si quid autem in fi. C. de appella. Sed vide de hoc melio per Bald. in. l. is apud quẽ. circa fi. j. col. versic. item argumẽtũ, qd iudex. C. de eden. Item adde huc, qd notat domi. Ant. in c. auditis. in. iiij. colum. de procu. & Archi. in. c. iuditãtem. xxx. q. v. circa fi. Item vide glos. magnam & Bar. super ea, ĩ d. l. is apud quem. C. de eden. Item an iudex possit recipere testes ex officio. vide per Baldum elegãter in. l. presbyter. j. circa fi. j. colum. versi. dictum no. b C. de Episcop. & cleri. & eundem Bal. in. c. j. §. porro. quæ fuerit prima cau. be. amit. Et quòd iudex ĩ criminalibus possit recipere testes publicatis attestatiõibus tenet Bar. to. expressè in. l. ij. §. si publico. vltra medium. ver. vlterius testes. ff. de adulte.

¶ Adde p cautelam Bald. hîc relatam per addentẽ sequitur Roma.

nouo producere, vel antiquos repetere: vt declarent dicta sua. Inno. hîc ponit duas opin. Prima quòd sic. Et pro hoc iste tex. vbi videtur vtraq; probari ibi: *tam eorum, quã aliorum. &c.* Et est ratio secundum Inno. quia iudici semper sunt publicata dicta testiũ, siue per se receperit, siue per tabellionem: & sic non cauſatur in iudice timor subornationis propter publicationem attestationis. Nam propter hunc timorem statutum fuit, vt post publicatas attestationes non liceret testes de nouo producere: vt in cle. ij. eo. tit. quæ ratio cessat in processu inquisitionis: cum nullus alius sit ibi pars, nisi fama, vel iudex, cui semper fuerunt nota dicta testium. a Idem credit Innocen. si aliquis fuisset specialiter deputatus ad ministerium inquisitionis: & illi fuissent publicatæ attestationes. Nam licet sit minister inquisitionis, non tamen habet ius in inquisitione. Sicut procurator, qui non potest remoueri post lit. contesta. nisi causa cognita. ff. de procu. l. post lit. &. c. ij. eod. tit. lib. vj. & iste ꝓmotor inquisitionis semper mutari potest j. de accu. olim. nec videtur, quòd talis possit appellare in processu inqsitionis: quia sua non interest: nisi fortè appellaret nomine superioris, qui inquiri mandauit. Refert alios tenere, quòd inquisitor, seu promotor habet ius in inquisitione, ita quòd mutari nõ potest, ex quo cœpit, & poterit appellare: sicut, qui agit populari actione: & postquam sibi fuerint publicatæ attestationes, non poterunt testes produci: nisi probaretur collusio j. de collu. c. fi. & l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. & l. si cui. ff. de accu. Ad hanc Decre. respondent, quòd hîc non erat specialis executor inquisitionis. Vel secundũ Inno. non dicitur hîc, quòd de nouo interrogentur aliqui, vel noui inducantur propter specialitatem inquisitionis, sed propter obscuritatem ipsorum pertinet ad officium iudicis: vt ipsi se exponant. & fortè secundum eum hæc dilucidatio nõ est fienda ad petitionem, sed ex officio iudicis: vt no j. de accu. cũ dilecti. nec repetuntur, vt addant, vel vt mutent, vel si prius nihil dixerunt, nunc dicant: quia subest timor subornationis: sed vt obscurè b dicta declarent. Sed contra est tex. hîc. nam non solùm testes hic repetuntur, vt se declarent: sed etiam alij de nouo recipiũtur: nisi fortè velles dicere, q recipiuntur super nouis capitulis: quod est diuinare. vel q hîc non erat executor inquisitionis. ¶ Host. concordando satis notabiliter distinguit. & nota hæc verba: quia alibi non habentur ita latè. Quandoq; enim iudex procedit ex officio suo mero fine promotore inquisitionis: qñq; cum promotore. Et hoc dupliciter: quãdoq; ipse ex officio suo deputauit illum executorẽ ad eum iuuandum: quandoq; fuit ille deputatus à socijs, vel solus ipse sua spontanea volũtate illum promouet: vt quia fortè illum impetrauit à Papa. Primo casu non obstante publicatione potest testes etiam de nouo recipe re: vt. s. dictum est secundum Innoc. & tenet Spec. in titu. de inquisitio. §. nunc tractemus. ver. sed nunquid publicatis. Pro hoc tex. iste. &. ij. q. j. in primis. & ea. causa. q. v. c. habet. & c. Mennam. & hoc verum, nisi inquisitor se suspectum reddat malitiosè differendo negotium recipiendo nunc vnum testem, & publicando: & nunc alium. &c. Hoc enim casu poterit reus recurrere ad superiorem iudicem, & facere terminum sibi statui, intra quem in quisitionem cœptam expediat: quo lapso inquisitum absoluat: si prius non fuerit expeditus. ad hoc allegat quod legitur & notatur in c. oblatæ. de appella. §. penul. de restitu. spolia. frequens. §. solet. lib. vj. & quod no j. de appel. ca. dilecto. melius facit iudicio meo. c. latorj. qui filij sint legitimi. ¶ Secundo casu cũ adest promotor inquisitionis deputatus per iudicem, idem dicit Host. quod. s. in præcedenti membro: quia verè loquendo iste non est verè pars: sed quasi pars similitudinariè: quia talis nullum libellum offert, nec lis cõtestatur. & in hoc casu potest saluari & intelligi prima opi. Inno. ¶ In tertio casu, quando executor datus est à socijs: vel ipse se obtulit, ita quòd se promouet & prosequitur inquisitionem, vt vera pars: tunc procedat secunda opi. quã refert Inn. de qua. s. vnde tanquam pars habebit libellum offerre, litem contestari, & alia facere in iudicio expedienda. de purga. ca. c. cum dilecti. de iudi. exhibita. & sic potest a intelligi de accusatio. c. veniens. & cap. cum dilectus. & sic non poterit iste publicatis attestationibus alios testes ꝓducere: dicit tamen Hostiẽ. quòd si iudex videt ex probabilibus coniecturis, quòd non expedit ecclesiæ talem prælatum habere, poterit non ad instantiam ex quo attestationes sunt publicatæ: sed ex puro & mero officio melius veritatem inquirere. Ad hoc. s. e. c. per tuas. vel secundum eũ iustius est, & melius quòd illo absoluto ab instantia primæ inquisitionis aliam incipiat de nouo, vel purgationem illi indicat. quæ verba multum notabis. Nam habes & quando in processu inquisitionis debeat libellus offerri, & alius iudiciarius ordo obseruari, & qñ nõ: & vide quod dixi in. c. cùm olim. s. eod. ¶ Et quanquam solùm prosequatur Hostien. an & quando sit facultas testes de nouo producendi in causa inquisitionis: idem per omnia ego puto, quo ad repetendos testes antiquos: vt declarent obscurè dicta. Nam ad petitionem illius, quem dixi verè partem censeri: non debet fieri hæc interrogatio: quia timeri potest subornatio, sicut in noua productione testium: sed ex officio iudicis poterit hoc fieri vel ad instantiam illius, qui verè pars non est: vt quia deputatus per iudicem ad eum adiuuandum. Et quãquam aliqui, quos refert hîc Inn. dixerint tunc solùm testes obscurè depob nentes iterum interrogandos, quando ita obscurè dixerunt, quòd nullum habent intellectum: secus si diuersimodè possunt intelligi: quia tunc si id habet illam interpretationem, illam

consi. ccccl xxix. Et an in criminali publicatis attestationibus possint recipi testes, vide Fran. Are. consi. cxlvij. Anto. Francis. ¶ An & qñ publicatio testium impediat productionem & examinationẽ aliorũ testium: dicas regulariter q sic. Et vide vltra hic alleg. Spe. in ti. de test. in. §. satis vtiliter. per totũ. §. & per doc. in auth. at q semel. C. de ꝓba. & in auth. de testi. in. §. qa verò. & vide Alex. in cõsil. lviij. & ccxij. ĩ. ij. parte cõsi. & ĩcõsi. lxv. in. iiij. parte cõsil. Dicas tñ, q in casibus, in q. bus nunquã sñia trãsit in rẽ iudicatã: puta in cã mri mõiali, iuxta materiã. c. lator. &. c. consanguinei. de re iud. publicatio testium nõ impedit quominus alij possint produci, vt p Ang. in. §. qa verò. in versi. vltri° oppono. i auth. de testib. & vide glo. in. c. cãm matrimonij. de ꝓba. Et si vis ad saturitatẽ, & vltra vide re de materia, vide per Io. Berthachi. de fi. in suo reperto. in versi. testes post publicationem. vbi scribit p. v. colum. & vltra.

SEB. SAPIA.

a ¶ Dicta testium. Quòd in criminalibus non impediatur productio testium post publicationẽ, tenet Roma. in repertori. de arbi. colũ. xiiij. Ang. in auth. de tabel. in princ. & in authẽ. de litigiosis. & Ang. de Are. in trac. maleficiorũ. in verbo, q iudex dictũ ꝓcessum publicauit. col. j. & Fede. de senis consil. cl. iiij. & Ang. Aret. in præalle. tractatu in ver. comparuerunt dicti inq siti, & negauerũt totũ col. pe. ver. quero an post publicationem. vbi vult q publicatis testibus ad offensam possunt alij testes examinari. qd qualiter intelligi debeat, declarat Sali. in. l. fi. C. de quęstioni.

b ¶ Adde huc qd no. do. de Ro. de cis. lxxij. i nouis. quæ incipit: ille, qui obtinuit bñficium, vbi ponũt

quãdo pars produxit testes,qui deposuerunt aliquem cõtraxisse tẽpore, quo racemi incipiunt maturari,an pars quę prius produxerat possit eosdẽ post publicatas attestationes producere ad declarandũ,quòd sit tempus in quo racemi incipiunt maturari:& concluditur quòd non.

a ¶ Interpretatione dicti testis.potius attenditur communis vsus loquendi, quã propria significatio vocabuli: vt dicit hîc.d. Anto.in vlti.colũ. Et idẽ dicit Inno. in c.cùm cãm.j.circa mediũ.s. eod. Ista duo dicta Inno.simul alleg. Ro. in suis sing.& idem dicit in.l. si finita. §.cùm aũt plures. ff.de dã.infect.allegando Inn.in.d. c.cùm cãm.Et idẽ dicit Ro.in.l.scien dum.in. iij. col. ff. a de ver.obli.& alle. pro sing. illud dictum Inn.de quo vide per Bal. in.l. Lucius.ff. de his, qui no. infam. de quo latè notaui post do.Abba. in in.c. intelligentia. de verb.sign.vltra quæ vide Bar.in.l. iiij.ff.de leg.j. Anto. Francisc.

¶ An dictum testis debeat intelligi secũdum cõem vsum loquẽdi. Solet dicit,q cõis intellectus præponderat significationi verborũ:secundũ Bar. in.l.fin.in xiij.q.C.de hære. inst.de communi vsu loquẽdi,quando sit attendẽdus: vide quæ habẽtur per Bart.& doct. in.l. liberorũ.§. q tñ Cassi⁹.ff.de lega.iij.& vide Bar. i.l.Labeo.ff. de supel.leg.in.ij. colũ. & in.l.j.in pe.col. C.de digni. li.xij. vbi dicit, q talis cõmunis vsus loquendi iuducitur ex cursu longi tẽporis, de quo etiã vide per Bar. in.l. cum de laniõis.in §.asinã.ff. de fundo instru. & vide Bart.in.l. talis scriptura. in. ij. colũ. ff.de leg.j.& in.l. oẽs populi.in.iij. q.vj.prin.ff.de iusti.& iur.vbi dicit q cõmunis vsus loquẽdi prævalet cuilibet constitutioni. Dicas tñ,q vsus loquendi nõ põt alterare propriã vocabuli significatiõem. l.ij. ff.de vsu earum re.quæ vsu consu.& vide Barto.in.l.liberorum.ff.de verborum signifi.

b ¶ Pro intellectu huius Decre.vide quæ latè scribit Albe.in.iiij.parte stat' q.lxxj.Item adde huc,quòd Papa põt dispẽsare,seu constituere q periurus,seu existens in peccato mortali admittatur ad testimonium. Idem dicit Arch.in.c.paruuli.xxij.q.v. de quo vide p Spec.in ti.de teste.§.j.i.x. col.vers.sed quæritur vtrũ Papa.Itẽ adde huc quòd p iurus admittitur ad testificandũ in causa hæresis.tex. in.c.accusatus. §.licet.de hære.in.vj. Itẽ adde huc glos. fin.in.c.q sine peccato.iij. q.vij .vbi vide Archi.qui dicit,quòd post pœnitẽtiã bñ admittitur,præterq ipiurio. Itẽ adde huc Archi.in.c.qcũq. in fi.vj.q.j.vbi dicit post Huguitiũ q temerariè iurãs nõ repellit à testimonio,postq punitur. & ita dicit notari in hoc cap. testimonium. Et adde huc glo. in.c. simpliciter.in verfic. denuo. xxiiij. q.viij.Itẽ pro intellectu huius Decret. circa hoc crimen periurij,vide omnino Archi.in d.c. paruuli. circa pric.xxij.q.v.qui plenè hoc determinat.

Anto.Francis.

¶ An piurus possit eẽ testis. Dicas, q regulariter nõ põt.l.Luci⁹.ff. de inra.l.qui cũ vno. ff.de re mil.& no. plenè Bal. in aut. si testis productus dicatur.C. de test. & vide Bal. in.l.fi veteris. in pen. q. C. de fi.instru.vbi dicit, q periurus repellit à testimonio: & si nõ sit cõdemnatus. Vtrũ aũt ex dispen. Pa. admittat ad testificãdum:sicut iste dicit:vide Spec.in tit.de teste. in.§.j. in ver. sed quærit. & tex.in.l.cum.I. &.A.de re iudi.& concluditur:q potest cum eo dispẽsare:sicut dispẽsat in multis etiã grauioribus.iuxta gl. in.c. quod translationẽ.de offi.leg. & habetur p Spec.tit.de testẽ. in.§.

illam habebit.ff.de leg.minimè.de cõsue.cùm dilectus.aliâs quod benigniùs est interpretabitur j.de verb. signi. Abbate. Alij aliter.plus tamen placet Host.quod dictum suum debeat indistinctè declarare.& hæc mihi plus placet. & sentit Bar.in.l.si quis intentione.ff. de iudi. vbi dicit,q si dictum testis est ambiguum,potest iudex si sibi videbitur facere per testẽ declarari.alle.quod legi.& no.in aut.de test.§.qa verò.& hoc in isto cap. ¶ Sed aduerte ad illã opi.quam.s.retuli secundum Inn. nam potest adduci, q si iudex deliberat non interrogare testem,debet intelligere dictũ secundum consuetudinem intelligendi.[a] Si autem non appareat de certo intellectu:tũc capiet,quod est benignius.Quod mihi non placet:qa dico,q intentio proponentis debet clarè ac dilucidè & explicitè probari.ideò si probatio,vel dictum testis est dubium, interpretatio fit cõtra probare debentem : quia non probat clarè,vt debet.ad hoc allego tex.apertum in.c.in præsentia.de proba.& do.Bar.in.d.l.si quis intentione.vbi hoc videtur tenere. & vide quod dixi in.c.cùm ad sedem.de resti.spolia.vbi declaraui intellectum illius.l. si quis intentione. Ad omnem autem dubitationem tollendam,seruet inquisitor cautelam hîc per Host.traditã: vt prius examinet dicta testium, quàm illa publicet.& si videat non probatum,vel per tales probatum,quos suspicatur posse repelli : non publicet,si sperat alios habere posse.

SVMMARIVM.

1 *Emendatus de crimine non remanet omnino integer.*
2 *Quis dicatur emendatus de crimine.*
3 *An omne peccatum mortale repellat à testimonio.*
4 *An criminosus repellatur ab officio iudicandi.*
5 *Quid si aliquis erat criminosus tempore depositionis, & non tempore iuramenti : vel econuerso, an admittatur in testem.*
6 *Infames de iure, vel de facto, quibus casibus admittantur ad testificandum: & quibus repellãtur?*
7 *Periurus, an sit infamis: & an quilibet periurus repellatur à testificando.*
8 *Conuictus in crimine, & etiam emendatus, repellitur à testimonio in causa criminali.*
9 *Acta in vno iudicio faciunt qualemqualem præsumptionem in alio iudicio, etiam inter alias personas.*
10 *Excommunicatus etiam absolutus, an à testimonio repellatur.*
11 *Confessus crimen in vno iudicio, repellitur in alio à testimonio ferendo.*
12 *Qui potest conuinci de crimine obiecto per exceptionem & emendatus : repellitur à testimonio in criminalibus.*
13 *Filius ingressus monasterium propter ingratitudinem commissam in seculo, non potest à patre exhæredari.*
14 *Quomodo probetur, quòd quis sit emendatus : & cui incumbit onus probandi emendationem : & sacerdoti creditur.*
15 *Emendatus per dispensationem, an repellatur à testificando.*
16 *Testis cui obiecta sunt crimina, non potest obijcientem repellere exceptione criminis: potest tamen probare se innocentem.*

CAP. LIIII.

b ¶ Per seuerãs

Testimonium.

in crimine etiam in ciuili repellitur â testimonio:emendatus verò non infamis admittitur in ciuili, & etiam in criminali mota ciuiliter. Fallit in periuro,qui in criminali repellitur.Et sunt duæ partes.Prima tractat de criminoso perseuerante. Secunda verò de emẽdato ibi: *si verò*. Secunda subdiuiditur. In prima tractat de emendato, qui producitur in ciuili, vel criminali mota ciuiliter.Secundô de illo,qui producitur in criminali mota criminaliter,ibi: *in criminali*. ¶ Casus literalis.Testis inductus est in aliqua causa ciuili,vel criminali:ab aduersa parte opponitur crimen ipsi testi,vt â testimonio repellatur.probatum est crimen contra ipsum:quæritur,an valeat testimonium eius.Dicit Papa, si testis adhuc in crimine perseuerat,siue causa ciuilis sit,siue criminalis:testimonium eius non valet. Si verò sit emendatus de crimine, & eum non concomitetur infamia,non debet repelli â testimonio in causa ciuili : nec in criminali : cùm ciuiliter de crimine agitur,præterquàm pro reatu periurij:quia periurus nullo casu ad testimonium admittitur. In criminali verò causa si conuictus fuerit de crimine in alio iudicio instituta contra ipsum accusatione, vel confessus, vel si nunc per exceptionem exinde conuincatur:vel si grauata sit eius opinio pro eo,quòd quandoq fuit tali modo repulsus, potest remoueri à testimonio, licet egerit pœnitentiam.Sed in hoc casu vltimo, si sit grauata eius opinio,non repellitur in causa ciuili.¶ No.primò ex isto tex.septem casus, in quibus quis repellitur in causa criminali,& tres in quibus repellitur in ciuili.¶ Venio primò ad illos septem,quorum primus est, si perseuerat in crimine:& an omne crimen sufficiat, dicam cum glos. prima. Ex quo infero,quòd clericus concubinarius non potest esse testis etiam in ciuili:cùm in eo concubinatus sit grave crimen.xxxij.distinct.c.nullus.&.c.præter. &.c.accepimus.de ætate & qualitate.& capit. vestra.& in.c.fi.de cohabitatione clericorum. Et fortè idem in laico,per tex.not.in.c.nemo sibi blandiatur. xxxij.quæstio. iiij. facit quod infrà dicam super glos.j. ¶ Secundus casus, si est infamis infamia iuris,quid de infamato infamia facti,infrà dicam.¶ Tertius si est periurus,quòd an procedat in transgressore cuiuslibet iuramẽti,maximè temerarij,infrà dicam. ¶ Quartus,si aliâs instituta accusatione contra eum,fuit de crimine conuictus, licet nunc sit emendatus. Non enim prodest ad hoc, vt admittatur in causa criminali criminaliter mota.Hoc probatur in ver.licet.qui venit aduersatiuè ad.§. præcedentem, in quo emendatus admittitur in ciuili. ¶ Quintus,si fuit aliâs de

dicẽdũ & adde ꝙ periurus repellitur: quando iurauit super eo, quod est de futuro: quo casu cõtraueniens est infamis: secus si iurauit super eo: quod est de præsenti: vel de præterito: quo casu nõ est infamis: vt in.l.si quis maior C. de trãsac. & no. Ang. in.d.l.lucius. de infa. & adde, quòd periurus peracta pœnitentia põt esse testis. l. imperialis. in. §. j. & ibi ꝙ Bar. C. de nup. Et idẽ voluit Bal. in marga. super Inno. in ver. testis. in. j. col. sed gl. videtur tenere contrariũ in c. fi. de iureiu. libr. vj. de quo etiã vide per Lanfr. in. c. quoniam cõtra. in ver, testes. in ver. subsequẽter, de ꝙ b. ¶ Et vide glo. in l. iĵ. in. §. lege Iulia. ff. de testi. & ꝙ Spe. in ti. de teste. in. §. j. in ver. item excipitur qđ est infamis. & in ver. item: ꝙ est periurus. & no. in. c. literas. de præsum. & vide Old. in cõsil. cxc. & vide tex. in c. quicũq; vj. quæstione. j.

SEB. SAPIA.

a ¶ Emendatus. In cõtrarium facit gl. 1 in. c. obeũtibus. §. fi. in gl. mag. ad fi. Ixiĵ. dist. qui vult ꝙ emendatus prę fertur illi, qui sem per fuit bonus: tenet Abb. in. c. at si clerici. §. de adul- a terĵs. co. penul. s. de iu. Iaſ. in ru. ff. de iust. & iure. co. j. Sed vide Feli. in c. eam te. col. viĵ. ver. infidelitas p̃cedens non nocet. s. de rescrip.

¶ Peccatum mortale. Adde Fede. consi. ccxx. Anto. Franci.

¶ An existens in peccato mortali, repellatur à testimonio: vide glos. & Bar. in. d. l. iij. i §. le. Iul. ff. de rest. vbi dicit, ꝙ sic, nisi pœniteat. & vide Spe. in titu. de testi. i. §. j. in ver. sed quid in crimine hæresis. in ver. item opponitur, quòd est crimino sus. vbi etiam dicit, ꝙ probatur pœnitens per sacerdotem, cui confessus est, per. c. nemo. de simo. & per c. in capite. l. distin. & vide glo. in c. ipsi Apostoli. ĵ. qõne. vĵ. & glo. in. c. præceptum. xxxĵ. q. v. Adde tamen quòd non omne peccatum mortale repellit quem à testimonio: puta si quis mendacium dicat: puta si testis diceret, ꝙ esset inimicus vnius partis: vt euitaret onus testificandi: cùm tamen id non esset verum. Ex tali enim mẽdacio, licet mortaliter peccaret vt in. c. ne quis. xxĵ. q. ĵ. tamen ex hoc non repelleretur à testimonio. & est tex. sing. secundum do. Abb. in. c. inquisitionis. de ac. dixit tamen Spec. in titu. de teste. in. §. j. ver. sed quęritur, ꝙ ex dispensatione Papæ existens in peccato mortali potest testificari, per ea, quæ habentur in. c. cùm I. & A. de re iud.

crimine in iudico confessus, non sufficit emẽdatio: vt suprà. Sextus si potest modo per exceptionem conuinci: intellige, quòd aliâs commisit crimen. Nam si posset cõuinci, quod hodiè perseuerat, idem esset in ciuili: vt. s. in prin ci. debet ergo sic intelligi, vt ponat speciale cũ criminaliter agitur. & idem Inno. & Ioan. Andrę. sicut secundum eos repelleretur cõfirmatus consecrationem petens. de quo in. c. dudũ. ij. de elect. & c. sup his. de accusatio. Septimus si grauata sit eius opinio pro eo, quòd tali modo scilicet per viam exceptionis, fuit quandoq; repulsus. Casus verò in quibus in ciuili repellitur, vel cùm de crimine ciuiliter agitur, sunt hi. Primus si perseuerat ib crimine: secundus si est infamis: tertius si est periurus. ¶ Nota secundò ex his duobus proximis casibus & ex litera, quòd nõ omnis periurus est infamis, etiã de iure canonico. quod probatur hîc in litera. Nam vt dicit Ioan. And. & bene, si omnis periurꝰ esset infamis, frustra text. exciperet periurum: cum suprà excepisset infamem. sed an hoc sit verum, generaliter infrà dicã. ¶ † Nota pulchrum tex. & menti tenendum, ꝙ emendatus de crimine, non remanet omnino integer. vnde nõ restituitur pristinæ præsumptioni naturæ: qua quilibet præsumitur bonus: vt in. c. fi. de præsumptiõibus. sed in factis arduioribus remanet præsumptio contra. Vides enim hîc, quòd emendatus, a licet præsumatur idoneus in causa ciuili, non tamen in causa criminali. non ergo præsumitur innocens & integer actu: aliâs sibi fides adhiberetur, etiam in causa criminali. ad hoc bonus text. in. e. forus. in fi. de verborum significatio. Ex his habes limitare. c. ferrum. l. distincti. vbi dicitur, quòd post pœnitentiam non debet inspici, quòd fuit per regulam semel malus. libr. vj. Nam non præsumitur bonus, vel malus vsquequaq;, saltem vt admittatur ad actus legitimos & publicos. & not. benè, quòd non præfigitur hîc aliquod tempus: sed sufficit probare, ꝙ aliâs fuit criminosus, vel confessus, seu conuictus de crimine. Ex quo infertur, quòd peractio pœnitẽtiæ etiam cum interuallo, seu lapsu magni tẽporis, non sufficit, vt purgetur ex toto præsumptio contra eum ex delicto orta. Alibi tamen videtur tex. nota. innuere, quòd triennalis temporis testimonium sufficit ad augmentum virtutis: & vt præsumatur bonæ vitæ: vt in aut. de mona. §. humana autẽ natura. ¶ Nota, quòd appellatione causæ ciuilis, non venit causa, in qua agitur de crimine, licet ciuiliter. ponuntur autem ista hîc, vt diuersa. Et dic, ꝙ hæc causa est quasi mista inter criminalẽ & ciuilem: vt est pulcher tex. in. c. tuæ. de ꝓ cura. facit. c. super his. de acc. in fi. An aũt aliquo casu appellatione simplicium, veniãt mista, vide per Bartolum in. l. si ita. ff. de liber. & posthu. & per Ioan. Calde. in. c. per venerabilem, qui fi. sint legi. & tetigi in. c. at si clerici. § de adul. de iud. ¶ † No. vlt. quòd dicitur 2 quis emendatus de crimine, cùm de illo egit pœnitentiam. Hoc ꝓbat finis cap. exponendo tacitè principium, vbi facta fuit mentio de emendatione. venit enim aduersatiuè ad princip. quasi dicat: licet is qui egit pœnitentiam, cum sit emendatus admittatur in ciuili, non tamen in criminali. Vnde dicit hîc Ioannes Andræ. sup verbo, perseueret, quòd ꝓseuerare dicitur quis in delicto, ex quo non egit pœnitẽtiam: vel egit simulatam & ad vomitum redijt. de pœnitentia. distin. iij. in principio. & in. c. si quis autem. & aliquid dicetur cum glo. fin. ¶ Vnum nolo omittere, quod colligi potest ex litera ibi: *comitetur &c.* quòd infamia concomitatur infamatum: & sic concomitando associat. inhæret enim sibi adeò, quòd ipsum nunquã relinquit. sequitur enim eum quôcunq; se vertit: sicut lepra leprosum. argu. j. quæstione. j. c. cito turpem. & sic in quolibet loco potest tanquã infamis repellli: quia afficit personam. vide ad hoc quod not. Inn. in. c. qualiter & quando. ij. ad fi. de accusa. & Federi. de Se. consi. xxiij. ¶ Quoniam casus superius collecti euacuant totam ferè materiam huius cap, quam glossator noster transiuit, sicut muscipula super prunas: ideò examinabo prius quemlibet casum de per se: & sic habebitur longè clarius, quã per alios huius cap. materia. Primus igitur casus est, si productus in testem perseuerat in crimine. ¶ † Circa quem quæro, an omne peccatum re- 3 pellat à testimonio. Abbas hîc cum quo simpliciter transit hîc Ioan. Andræ. referendo, sentit quòd omne peccatum mortale b suf- b ficit. Sic enim exponit verbum crimen, quòd hic in princip. ponitur. & remittit Ioan. Andræ. pro differentia inter crimen, delictũ & peccatum. ad gloss. in regula peccatum. libr. vj. & ad. l. j. C. si aduersus delictum. vide bo. text. lxxxj. dist. c. j. vbi dicitur, quòd crimem est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimũ. Alanus & Vinc. in cap. super eo. suprà eod. cum quibus transit ibi Ioan. Andrę. dicunt referendo, quòd crimen debet esse tale quòd â promotione repellat & cum eo non fuerit dispensatum. Et hanc opi. vt non sufficiat quodlibet crimen, tenet Pau. hîc: vt refert domi. Anto. quem sequi ipsemet videtur. Inhærent autem isti opin. Ala. & Vincen. facit secundum eos. quia tex. iste facit mentionem de crimine, & non de peccato. Item mendax, qui est in peccato. testificatur. allegatis suprà, eodem capitulo. iij. sed melius allegaretur. c. inquisitionis. in versiculo & an fides. infrà de accusa. ergo non omne peccatum repellit Dominum. Cardina. instat: tandem concludit, quòd cum de iure ciuili non repellatur testis propter crimen, nisi sit de eo damnatus. infrà eo. c. super eo. nec damnatus de quolibet crimine repellitur: sed tantùm quando damnatus est in iudicio publico. ff. eodem. l. iij. iiij. qõ. iij. cap. si testes. §. lege Iulia. in quo damnatus sit infamis. ff. de publicis iudicijs. l. infamem. & de his qui no. infamia. l. athletas §. calumniator. De iure autem canonico non expedit, quòd sit damnatus: sed sufficit, quòd nunc probetur crimen. suprà eodem. c. super eo. & hîc. Nec in alio secũdum eum reperimus recessum à iure ciuili. Remanet ergo ius ciuile saluum in alio: vt non sufficiat excipere de quolibet crimine, nisi sit tale de quo possit accusari in iudicio publico. ¶ Sed aduerte, quòd hoc dictum sentit hîc Inno. & latius prosequitur. vult enim in effectu, quòd de crimine, quòd non irrogat infamiam condemnato, non potest excipi contra volentem accusare, vel testificari contra laicum: sed contra clericum sic: quia ex quo crimen est tale, quòd impedit eum promoueri ad sacerdotium, non potest testificari, vel accusare sacerdotem. facit. ij. quæstione. vij. ipsi Apostoli. Et si hęc forent vera, esset maxima restrictio ad istum tex. Sed ego credo, quòd de mente iuris canonici fuit repellere quemlibet perseuerantem in quocunq; peccato mortali: vt sentit Abbas. nam peccatum mortale potest dici peccatum graue: cùm pro eo, si non datur pœnitentia, Deus punit æternaliter perpetuo igne: vt in §. aliâs ea demum. xxv. di. Probatur etiam in. § criminus. ea. di. in fin. vbi peccatum mortale, licet non sit de grauioribis, appellatur criminale. Dicit enim quòd peccatum veniale efficitur criminale ex

consuetudine

a ¶ SEB. SAPIA. Continuatione. Vide Abb.in.c.à crapula.j.de vita & hone.cle.& q̃ ex perſeuerantiã delictum aggrauatur eſt text.in.l.vnica.C. de ſuper exac. lib.xj.& in.l.omnes.C.de delato.li.x.cũ multis allegatis per dominum meum do.Rochũ Curtiũ in rep.c.fin. in.j.no.ſ.de conſuetudi.

b ¶ Vide Io.An.in.c.ſi quando.ſuper glo.fi.de elect.in.vj.vbivult, quòd criminoſus ſic repellitur à iudicando a ficut à teſtificãdo.

SEB. SAPIA.

c ¶ A teſtificando. Vide multa congeſta per Fel.in.c. ſciſcitatus. colũ.j. ver, crimẽ non repellit.ſ.de reſcri.

d ¶ Vtrũ canonicus criminoſus repellatur ab eligendo: & ad hoc vide aliquid per Io.And. in.c. ſi quãdo. ſup gl.fi.de elec.li.vj. Sed tu vide Arch. in.c.non põt.ñ.q. viñ. vbi dicit, q̃ ſi vacante ſede capitulum vult deputare vnũ criminoſum ſcrutatorem eligentiũ, ſi ei opponaꝛ, repellitur: ſed ſi poſt electionẽ factã adhuc opponatur ex hoc ſic poterit peti, q̃ caſſari debeat electio.& ita dicit tenere Vincen.in.c. in Geneſi.de elec.

e ¶ Si teſtis nõ erat criminoſus tẽpore iuramenti, ſed tẽpore depoſitionis, vel ecõtrà: an valeat eius dictũ: vide gl.in cle.j. de offi.dele.& quod ibi not.ſup Abb.

f ¶ An & quãdo infamia repellat à teſtimonio : adde hæc Imol. in.l. cũ lege.ff.de teſt.vbi dicit, q̃ in actu extraiudiciali, vel teſtimonio ; teſtis non repellitur à teſtimonio propter infamiam, niſi de ea notoriè cõſtet. ſecus dicit fore in iudicio.Et de hoc dicit eſſe gl. valde no.& fortè ſin.Et de hoc an,& quando infamia repellat à teſtimonio: vide egregiè multũ elegãter p Bal. in lec.in. l.cũctos populos.ĩ.ñ.char. ver.quintò oppo. C.de ſum.trini.Et adde, q̃ teſtis deponẽs cõtra Cardinalẽ, repellitur à teſtimonio : cuius ſit infamis ſola infamia facti.hoc optimè probare vi

cõſuetudine&cõtinuatiõe[a].Itẽ credo q̃ pſeuerantia in quolibet peccato mortali, excludit quẽ à ꝓmotiõe. ar.xxv.di.c.fi. Eſt em̃ ſpecies, ſeu ptæſumptio cuiuſdã hæreſis, perſeuerare in peccato mortali.habet enim eũ eccleſia qua ſi pro infideli:cùm nõ velit acquieſcere præceptis eccleſiæ.arg.viij.q.j.c.ſciendum:&. lxxxj. diſt.c.ſi qui ſunt presbyteri.nam veniale efficitur mortale ſi datur in eo perſeuerantia:vt ſuprà dixi.fortius mortale multũ aggrauatur ex perſeuerantia.Itẽ videtur hoc probari in.c.forus.in fi.de verbo.ſig.nam vt ibi clarè colligitur in idoneitate teſtificandi,ſolũ inſpicitur in nocẽtia &integritas vitæ:non aut empublicitas criminis.Dicit enim ibi tex. pulcherrimus & penitus deſtruens theoricã contrariam:q̃ ſi bona vita defuerit in teſte, fide carebit. Non enim põt iuſtitia cũ ſcelerato homine habere commerciũ.ad idẽ.ij.q.vij.c. nõ põt. vbi dicitur, q̃ non põt hominibus eſſe fidelis, qui deo exiſtit infidelis:quod cõtingit ex perſeuerãtia in peccato mortali. Item de iure canonico omne peccatũ poteſt dici publicum:vt not. gl. in.c.j.&.ij.de collu.dete.&.ij.qõ.iij.c.ſi quẽ.ſ. prẽuaricator.Si autẽ peccatum fuit momentaneũ,licet mortale,ex quo nõ perſeueraverit diu in illo,ſatis poteſt dici,q̃ ad hoc,vt habeat locũ.ſ.in criminali.nõ ſufficit quodcunq; peccatum mortale,ſed debet eſſe de grauioribus: quia tex.in illo.ſ.referendo eum ad principiũ, loquitur quãdo fuit aliãs cõuictus, confeſſus, vel repulſus:quia perſeuerabat in crimine.vbi aũt non probatur perſeuerantia,non aggrauatur tantũ peccatum:quinimo non amittit nomẽ iuſti is,qui ſtatim ſurrexit:vt in. c. ſepties. de pœni.diſtin.iij.& ſuper illo ver. in crimina li.eſt poſita illa gl.Inn.glo.tamen not.in.c. ipſi Apoſtoli. ij.qõ.vij. dicit q̃ ex quo quis ſemel incidit in peccatum mortale, non admittitur amplius ad teſtimoniũ in cauſa criminali quã tuncũq; ſit emendatus.facit iſte tex.in pec. caſu.& fortè hoc verius: ſed primum æquius. ¶ Hanc opi.prædictã ſatis ſentit hîc Hoſt.dũ dicit,q̃ temerarium iuramentũ repellit â teſtimonio,ſi iurantem non pœnituit: & tamẽ nõ eſt crimen publicũ:nec de grauioribus peccatis:vt colligitur ex tex.& gl.xxij.q.iiij.c. qui ſacramento.Hoc idẽ ſentit Inn.in.c. intimauit. ſ.eo.Ad idẽ bonus tex.maximè iuncta gl.quæ eſt in.verbo,cõpellẽdi.vj.q.j.c.illi,qui.cũ præcedẽti.Nã perſeuerãs in peccato mortali notatur infamia canonica, & repelli debet etiã ab accuſatione:vt in iuribus præalle. Non ob.c. inquiſitionis.præalle. quia nõ eſt ibi mortale. Dicebat enim illud,vt teſtificãdo euitaret inimicitias.Item &melius illud eſt in odiũ ipſius teſtis, qui volebat ſe ſubtrahere à teſtimonio dicendo falsò ſe eſſe inimicũ alterius partis.& ſi diceremus cõtrarium,quilibet ſe hoc modo poſſet ſubtrahere à teſtimonio. Facit quod dicit Inn.in.c.intimauit.ſ.eodẽ.per hoc ca.licet. ſ.de proba.cum ibi not.vbi patet, q̃ is, qui eſt leuis opi.puta ſecundum doct.ille,qui eſt ſolitus dicere quotidiana mẽdacia, licet nullũ læ-

detur tex.in.c.præſul.in fi.ñ.q.iiij.dũ text. dicit ſiue aliqua ſit infamia. E de hoc an infamia iuris repellat à teſtimonio:vide Bal.in rep.l.cunctos.in j.char.ver.ſed de infame infa.C.de ſum.tri.An aũt infamis infamia facti repellatur à teſtimonio: vide per Flo.in.l.iij.in prin.de teſti. Item vide Arc. in.c.ipſi Apoſtoli.cir.fi.ñ.q.vj̃.vbi dicit, q̃ infamia facti tantũ repellit teſtẽ in cauſa criminali. Itẽ adde huc Arch.in.c.accuſatores.ſ. cuius in agendo.cir. princ. iñ,q.viñ.vbi dicit criminoſum bene repelli à teſtimonio:ſed prætextu infamiæ ciuiliter non poſſum repellere cũ à teſtificando,quẽ nõ reputaui infamẽ à iudicãdo. Itẽ adde Bal.in c.ad noſtram. cir. princ.de ꝓba.vbi dicit, q̃ infamia facti non ſolũ repellit à teſtimonio in cauſa ciuili ardua, ſed etiam ſi eſſent plurimi teſtes. Et de hoc dicit eſſe caſum ſing.in. c.licet cãm. ſ. quidã verò.de proba.Itẽ adde huc Bald. in c.j.in titu. quot teſtes ſint neceſſ. ad probandũ ingratitudi. vbi dicit, q̃ qñ ius reqrit in actu teſtes integræ opi. ſi ſint ifames infamia facti : tũc repellũtur ꝓpter infamiã facti.& alle.l.ſi qs ex argentarijs . ſ. j. ff. de eden. ſed de qõne hîc poſita, per. d. Anto.vide hîc plenè Bar.in.l. Caſi⁹ ff.de ſenato.& dato,q̃ infamis non poſſet teſtificari, dico q̃ ſi condemnatus de infamia pendente appellatiõe teſtificatur: licet poſteà per deſertionis ſentẽtiã ſit confirmata: & ſic infamia ſit retractata:tamen nõ vitiatur illud teſtimoniũ.Itẽ elegan ter decidit Barto. poſt Gul.de cu.in l.furti.in princ. ff. de his, q not. infa. ¶ Adde an infamis poſsit eſſe teſtis, Ale.cõ.lxxxvij.ij.li. Rom. ſin. ſuis.fo.xiij. & qd de infame,qui reputatur bonæ famæ,per Alex.cõ ſi.lxxj.li.j. Anto. Franciſc. ¶ Circa iſtam materiam de infame, an & quãdo repel

dat,non tamen admittitur in teſtem: vel ſaltẽ modica fides ſibi adhibetur. fortius ergo debet repelli is,qui dicit mẽdaciũ cũ iactura alterius & perſeuerat in illo. Et vide ad materiam quod no.gl.ij.q.vij.c.ipſi Apoſtoli.&tex.in.c. infames.vj.q.j.& in.c.cõſtituimus.iij.q.v. Cõcludo ergo,q̃ in foro canonico ſeruabiꝫ quod ſtatim dixi,tàm contra clericos, quàm contra laicos:ſed in foro ciuili ſeruabiꝫ ius ciuile cùm Papa intendat illud in ſuo foro corrigere: vt ſatis colligitur in.d.c.ſuper eo.& hæc eſt theorica glo.in regula poſſeſſor.li.vj.Nã Princeps debet habilitare criminoſum ad facultatẽ teſtificãdi:vt ſatis colligitur in.c.per tuas.de ſimo. & in.c.in fidei fauorem.de hæreti.lib.vj. ſicut legitimat quo ad ſucceſsiõem. quod tenet hîc Vin.& Spec.eo.titu.ſ.primo in.ij.char. in ver.

4 ſed quæritur vtrum Papa. ¶ † Aduerte[b] tamẽ

b quòd licet criminoſus repellatur à teſtificando,

c [c]non tamen repellitur ſic indiſtinctè ab officio iudicandi.ſed de hoc vide plenè per Inn. & alios in.c.ſciſcitatus.de reſcri. vbi dicã.& ꝓ Io.Ant.in.c.fi.de cleri.excõ.mi. Hinc dicit hîc Vincen.q̃ licet canonicus criminoſus repellatur à teſtimonio & ab ordinibus, non tamen

d ab eligendo:[d] quia ſuum officium exequitur. Sed ſi capitulum faceret illum electorem, vel ſcrutatorem poſſet repelli:quia non eſt fide dignus.ſ.de ele.quia propter.Et not.hoc quia facit ad multa prædicta omnia ſic ſtrictè non accipiuntur in his,quæ veniunt ad aliquem purgandum:ſed dic in illis,vt habes tex.in.c. conſtitutus.de pur.canoni.iuncta glo.pe. Cui aũt incumbat onus probandi perſeuerantiam,vel emendationem,collige ex his, quæ dicam ſup gl.fi. ¶ † Circa hunc[e] caſum quæritur, quid ſi

5 e criminoſus erat tempore depoſitionis: ſed nõ tempore iuramenti, vel econtrà. vide Archi. iij.q.v.conſtituimus.& Spe.eo.tit.ſ. opponiꝫ. verſi.quid ſi teſtis.& ibi per Io. An.in addi.& per eundem in regula factum legitimè.lib. vj. in mercurialibus. Et dic non ſufficere, q̃ tẽpore iuramenti fuerit nõ criminoſus: quia fides requiritur etiam tempore depoſitiõis:vt probatur in.d.c.forus.in fi.Aliud dicit in caſu cõuerſo:nã ſi erat criminoſus tẽpore iuramenti, & non fuit oppoſitum,non poteſt repelli nũc tempore depoſitionis,ex quo non eſt emendatus:niſi ſecundum quod hîc dicitur.Nam iuramentum adſtringit eum, licet eſſet criminoſus,vel excommunicatus.& hoc tene. ¶ †

6 Venio ad ſecundum caſum,qui eſt,quòd quantũcunq; quis eſt emendatus de crimine ex quo

f eum comitatur infamia,repellitur[f] à teſtimonio:circa quem quæro de qua infamia intelligitur.Hoſt.Petr.& Abb.dicunt, q̃ de infamia iuris. Nec obſt.quòd dicitur in ver. quamuis. quaſi dicat,q̃ infamia facti repellit in crimina li duntaxat.vt in.d.verſi.quãuis.&vide ad hoc quod no.in Spe.eo.tit.ſ.j.ver.quid de portãtibus.& ver.item,quòd eſt infamis.Io. And.dicit,quòd infamia facti tantùm repellit in criminali:in ciuili verò ſi eſt infamatus de crimine,etiam repellitur.Ad hoc.ſ.titu.j.licet.ver.

opi. Abb. n°5. e, hes ad eundem ſ

latur à teſtimonio. Dicas, quòd ad ſui præiudiciũ põt eſſe teſtis quo ad ſemiplenã proba. & quo etiã ad inducendã præſumptionẽ. de quo vide gl. in. l. mater. C. de calũ. & habetur per Pau. de ca. in. l. ij. in. §. j, ff. ſi ex nox. cã aga. & adde etiã, q̃ infamis teſtificatur etiã de his, quę vidit antequã eſſet infamis: de quo per gl. & Bar. in. l. iij. in. §. duæ cauſæ. ff. ad Carbo. & habetur per Bal. in. l. ij. C. de ſen. & vide Bal. in. c. j. in tit. quot teſtes ſint neceſſ. ad p̃ban. ingra. in vſib. feudorũ. vbi multũ videtur de hoc dubitare. Ad de tamẽ, q̃ poteſt eſſe teſtis ad excuſandã calũniã ſecũdum Spe. in ti. de calũ. vbi etiã per Bal. in addi. in. §. j. Et adde quòd põt eſſe teſtis in teſta mẽto ſcripto manu teſtatoris: ſecũ dũ Bal. in. c. j. in titu. q̃ pares eſſe de ſi. in vſibus feudorũ. & vide eũdem Bal. ĩ. l. j. C. de ſumma trinitate & poteſt eſſe teſtis infamis, quãdo habeat alios conteſtes ĩdoneos: ſecundũ Iaco. Butri. & doctor. ſingulari. & maximè Bal. in. l. ſi quis ex argentarijs. in princ. in. §. quod enim. ad fin. de eden. & habeť per Sali. in. l. in bonæ fidei. in. xv. co. C. de rebus credi. & vide Paul. de caſtro in conſ. xciij. inci. nõ ſequendo ordinẽ. ad finẽ. vbi etiam dicit, q̃ affinis, qui aliâs repelleretur à teſtimonio rõne affinitatis ſimul cum alijs admittitur.

quidam verò. &. s̃. eo. c. licet primo & ſecundo &. c. in literis. & j̃. tit. proxi. prætereà. & de excep. c. j. quòd intelligit, quando infamia facti, ſeu infamatio cauſatur à crimine: ita quòd crimẽ ſit proxima cauſa infamiæ. vbi verò infamatio, vel opinionis grauatio, non cauſatur à crimine, ſed ab alio medio: puta, quia incarceratus fuit: vel à teſtimonio aliâs repulſus: putat locũ habere, quod hic dicitur: vt aggrauatio opinionis non repellat in ciuili: ſed in criminali ſic. Vel aliter ſecũdum eum, infamatio facti cauſata à crimine, de quo cõſtat quẽ emẽdatũ non repellit in ciuili: vt hîc, in fin. & ſi de emẽdatione nõ conſtat, repellit vt in p̃dictis iuribus: & in criminali verò repellit ſemp, vt hîc. Hæc ſunt verba formalia Io. An. quæ no. Bart. in. l. cunctos populos. C. de ſum. trinita. Et ſic diſtinguit, q̃ infamia iuris indiſtinctè repellit: in ſubſidium tamen admittuntur cũ tormentis. l. ob carmen. §. pe. ff. de teſti. facit. l. qui vltimo. ff. de pœ. Infamia facti in criminali repellit, vt hîc niſi in ſubſidium: vt ſuprà dictum eſt. in ciuili admittuntur, ſed minus eis creditur. & ſic procedit gl. in. d. l. j. & quod no. in. l. iij. §. duæ aũt ſunt cauſæ. ff. de Car. edi. Poſſunt tamẽ teſtes eſſe ita ignobiles & infames, q̃ nõ admitterentur ſine torméto: vt. s̃. Parum differt hæc opinio à dicto Ioã. And. ſed illud plenius & ſubtilius. ſed Bal. in. d. l. j. latè in hoc inſtat, concludens in effectu, q̃ infamia facti repellit in criminali, & in alijs cauſis grauioribꝰ in quibus requiruntur teſtes omni exceptiõe maiores. Nota bene hoc vltimum, quia limitat iſtum tex. allego pro hoc. c. licet ex quadã. s̃. eodẽ. &. c. j. de conſanguini. & affini. & vtrobiq̃ per gl. vbi licet cauſæ eſſent ciuiles, requiruntur teſtes omni exceptione maiores: & ſic non infames infamia facti: quia tales non admittuntur. In alijs verò cauſis admittuntur, non vt per eos perueniatur ad ſententiam definitiuam: ſed valet ad inſtructionẽ & fundãdã inquiſitionem. & vt is contra quem deponũt, ſubijciatur torturæ. no. hoc. Sed in contrariũ adduco tex. in. c. qualiter & quando. ij. de accu. & in. c. cũ in iuuentute. de præſumptio. vbi patet, quòd dicta non integrorum non ſufficiũt ad fundandam inquiſitionem. Do. Car. tenet, quòd infamia iuris, vel facti indiſtinctè repellit, tã in criminali, quã in ciuili. Mouetur: quia iſta litera loquitur generaliter in principio. & appellatiõe infamiæ intelligitur tàm infamia facti, quàm iuris: nec reperitur ius cõtrarium probans. Ad hoc quod no. Dyn. in regula infamibus. lib. vj. Non obſtat ſecundum eum iſte text. in ver. in criminali. quia non loquitur in infamia facti: ſed in grauatione opiniõis, quæ in minus ſe habet, quàm fama. allegat ad hoc gl. no. in. c. ſuper eo. de conſan. & affini. ¶ Ego in hac materia, dico quòd triplex eſt infamia: quædã iuris, quæ dicitur ciuilis. Quædam canonica: & quædam infamia facti, quæ potius dicitur infamatio. Prima ſcilicet iuris, indiſtinctè repellit ſecundum omnes. Et probatur hac ratione: quia fundamentum teſtimonij eſt fides: vt in. d. c. forus. in fi. ſed iſte caret fide: cùm eius ſtatus ſit diminutus & maculatus iuris diſpoſitione. Et dicitur infamia iuris illa, quæ irrogatur per ſentẽtiam, vel ipſo facto in caſibus, in quibus iure cauetur duntaxat, de quibus vide tex. & glo. bonam. iij. qõ. vij. c. infames. §. porro. & l. athletas. §. calumniator. cum. §. ſequ. &. l. j. ff. de his, qui no. infa. Et tenet hanc regulã, q̃ regulariter omnes infames ſecundum leges, ſunt infames ſecundum canones. hoc probat tex. no. in c. omnes verò. vj. q. j. not. Inn. in. c. qualiter & quando. ij. præalleg. Quis autem poſsit iſtam infamiam tollere & reſtituere priſtinę fa
mæ. dic, vt plenè not. in. c. cum te. de re iudi. & in. l. j. §. de qua. ff. de poſthu. & vide Barto. in. l. infamem. in fi. ff. de publi. iudi. vbi quę
a rit an ciuitas poſsit reſtituere famæ. Admittuntur tales infamati[a] ad teſtificandum in ſubſidium, vt. iudex ex eis eligat aliquam præſumptionem dicta. l. ob carmẽ. &. l. qui vltimo ſupplicio. præalle. ¶ Secunda infamia ſcilicet canonica eſt illa, quæ cauſatur ex quolibet peccato mortali: vt in cap. infames. vj. quæſtione. j. & ibi per gl. Et illa ſi datur perſeuerantia, repellit ab accuſatione & teſtimonio de iure canonico. & hoc indubitatum, ſi datur perſeuerantia in crimine: vt. s̃. dixi. nam ſolùm crimen continuatum ſufficit, vt prædixi. Sed an ſublato peccato remaneat effectus illius infamiæ? communiter tenetur, q̃ non: vt notatur in iuribus præalle. & glo. in. c. illi qui. vj. q. j. & Inn. hîc, & infrà dicetur. ¶ Tertia. ſ. infamia facti in criminalibus indubiè repellit. & idẽ in cauſis grauioribus:
b vt prædixi ſecundum Bal. niſi quo ad præſumptionem. In alijs verò puto, q̃ admittantur, ſed plus vel minus: vel nihil creditur ſecundum qualitatem, vel quãtitatem infamiæ. de hoc videtur tex. non cauillando literam in. d. c. licet. de proba. vbi dicitur, q̃ quidã ex illis teſtibus erant ita malæ famæ, & leuis opinionis: q̃ modica, vel nulla eis erat fides adhibẽda. vnde intelligẽdo alternatiuam vel p̃riè: videtur ibi de hoc caſus. facit etiam ad hoc tex. in. c. fi. eo. inducendo, vt ibi dico. Item probo per iſtum tex. qui in verſi. in criminali. ponit ſpeciale in cauſa criminali. ergo indiſtinctè in ciuili non repellitur. Non ob. ſi dicatur, quòd loquatur in grauatione opinionis: quia dico, quòd grauatio opinionis non differt ab infamia facti: vt not. Dy. in. d. regula, infamibus. Hoſtien. & Ioan. Andræ. hîc. & ſentit gloſſ. hîc. in verſi. grauata opinio. in fin. allego tex. ſatis bene hoc probantem. in. c. tantis Daniel. lxxxj. diſt. Nec obſt. c. ſuper eo, quod allegat domi. Card. qui non loquitur in grauatione opinionis: ſed in rumore. Rumor verò bene in minus ſe habet, quàm infamia, ſeu fama: vt not. gloſſ. in. d. c. ſuper eo. & aliam allego glo. in. c. ſi duo. xxxv. q. vj. Nec obſt. quòd iſte text. loquatur in principio indiſtinctè de infamia: quia dico, q̃ neceſſariò oportet intelligere de infamia iuris, & non facti. Nam infamia facti tollitur ſaltem quo ad iuris effectum per emendationem: cùm tollitur per purgationem, quod minus eſt: vt eſt text, in. c. de crimine. xv. quæſtio. v. & in. c. Mennam. ij. q. v. &. c. cum in iuuentute. de præſumpt. Cùm ergo hîc excipiat infamiam ab eo, quod dixerat de emendatione: neceſſariò ſequitur, quòd non loquitur de infamia facti, quòd non debeat plus operari præſumptio infamiæ, quàm veritas. ſed ſi verè commiſiſſet delictum, & fuit emendatus, non repelleret in ciuili: ergo fortius quando fuit infamatus tantùm. Loquitur ergo de emendato reſpectu delicti, qui remanſit infamis ex ſententia: vel ipſo facto, quando tale erat crimen: puta, quia palam exercebat vſuram: vt in. l. improbum fœnus. C. de his, qui notantur infamia. &. iij. q. vij. d. c. infames. §. porro. & hoc quo ad ſecundum caſum. An autem infamia repellat ab officio tabellionatus, ſicut à munere teſtificãdi: vide no. per Bar. in. l. eadem. ff. ad legem Iul. repe. aliquid per Bald. in. d. l. j. C. de ſum. trinita. ¶ † Venio ad tertium caſum. Dicitur enim hîc, per
7 iurus quantuncunque ſit emendatus, non admittitur in teſtem. Et aduerte, quia loquitur iſte textus etiam eo caſu, quo periurus non eſt infamis. aliâs non rectè exciperetur à caſu præcedenti. ¶ Circa hunc caſum quæro, an procedat hoc in quolibet tranſgreſſore iuramenti? Hoſtien. inſtat, tandem ipſe & Ioan. Andræ. concludunt diſtinguẽdo inter licitum & illicitum iuramentum: vt violans licitum iuramentum indiſtinctè repellatur à teſtimonio

SEB. SAPIA.

a ¶ Tales infamati. Idẽ tenet Sal. in. l. ea quidẽ. col. j. verſi. ad quintã quæſtiõem. C. de accuſati. vbi ponit exẽplum in leonibus de quo etiam per Alexan. in conſil. lxiiij. inc. viſo thę mate. in. j. colũ. in j. vol.

SEB. SAPIA.

b ¶ Grauioribus. Quòd ĩ cauſis grauioribus repellat̃ à teſtimonio infamis infamia facti, tenet Bald. in. c. ad noſtrã. in princ. s̃. de probatio. & in. c. j. in prin. in titu. an remo. debe. teſtes. in vſibus feudorũ. Et ad hæc no. dictũ Ang. in. l. qui iudicio. ff. de accuſa. vbi dixit: q̃ ſi ex forma ſtatuti debet credi accuſatori dãni dati, vel alterius criminis, nõ tamen credetur: ſi ipſe accuſator ſit infamis infamia facti.

monio ſiue iurauerit de p̄ſenti,ſiue de futuro ſiue præterito.& ꝑ hoc facit,quia iſte tex. repellit quemlibet periurū. Siue ergo iurauerit falſum,ſiue nō,ſi nō ſeruauerit iuramētū,periurus eſt.Si verò iuramētū fuit illicitū,cōcludūt, ꝙ non repellit à teſtimonio,nec infamat. Et dicit Hoſt. cōiter teneri ꝑ do.ꝙ temerariū iuramētū nō repellit à teſtimonio: ſicut nec à dignitate.de iureiur.c.ſicut noſtris. & vide de hoc gl.in.c.florētinum.aliâs Archidiaconum. lxxv.diſt.qđ ipſe Hoſti. putat verū in eo, quē pœnituit.& remittit ad ſummā eo.tit §.ij.ver. fama.& ver.excipitur. & hoc placet & not. vt ſ.dixi. Si aūt eſt dubiū, an iuramētū eſt licitū, vel illicitū:dicit idē acſi fuiſſet licitū:quia non debuit venire cōtra ꝑpria authoritate. de ele. venerabilē.Et no.bn̄,ꝙ talis habeť pro piuro. Et ſi diceres:vn̄ eſt iſta ſpecialitas in piuro: cū ſecus ſit in alijs criminibus grauioribus?ſufficit eiñ ꝙ quis ſit emēdatus:vt in principio.Dicit Io.An.poſt Gof. ꝙ in teſte pura & ſimplex req̄riť veritas.iij.q.ix.c.pura.iiij.q.iiij.c.j.&iuramētū eſt cōfirmatio veritatis.de iureiurā.c. & ſi Chriſt⁹.Sed nil ita veritati cōtrariū, ſicut falſitas,quæ eſt eius immutatio.in auť.de inſt. cau.in prin.Itē periurus quodā reſpectu vincit homicidā.xxij.q.v.ille,qui. Itē dicit hoc maximè ꝑcedere,q̄n quis cōmiſit periuriū[a] in teſtificādo.Nā ex quo ſemel deliquit in illo officio ſuſpectus eſt ſemp in illo:vt in.l.ſi aliqd.C. de ſuſce.& ar.li.x.& eſt tex. in terminis noſtris in c.quicūq; ſciēs.vj.q.j.¶ Sed cōtra hunc caſum op.de ſupfluitate. Sufficiebat eiñ excipere infamē,cū quilibet piurus[b] ſit infamis:vt in.c.infames.vj.q.j.in.c. cōſtitui.in.§.iiij.q.v. vbi expreſsè hoc dicit.Vin.& Gof.hîc dicūt,ꝙ ſecūdū canones quilibet piurus eſt infamis: vt in cōtrarijs.Secus ſecūdū leges,etiā ſi fuerit damnatus.ff.de crimi.ſtel.l.vlt.niſi in caſu.l ſi quis maior.C.de trāſa.vbi tex.loquiť de veniēte cōtra trāſactionē iuratā.Sed per hoc nō ſoluitur contrariū:cū hîc loquamur de iure canonico: & nihilominus infertur cōtrariū.Io.An.apertē nō tangit cōtrariū,nec ſoluit:ſed ex tex. aptè colligiť,qđ.ſ.dixi,videlicet periurū nō eſſe infamē.& cū illa opi.trāſit.d.An.q̄ putat piurū eſſe infamē infamia canonica, quæ repellit à dignitatibus.d.c.infames.& ſic dicit ſe intelligere Fed.conſi.xxiiij.&.x.&.xix. quo ad infamiā iuris:ſecus vbi veniat cōtra iuramētū firmās pactū.& hoc caſu loq̄tur. d.l. ſi qs maior. quæ cū ſit pœnalis, debet reſtringere. Nec eſt verū ſecundū eū,qđ quidā dixerūt,ſcilicet iuramētū in ſe habere pactū.Ad hoc quod no.in c.debitores.de iureiurā.d.Car.tenuit indiſtinctè,ꝙ qlibet periurus eſt infamis infamia ciuili,ſecūdū canones ꝑ iura ſuperius allegata.Nec ob.iſte tex.quia nō facit,niſi ꝑ contrariū.ar.ꝙ ceſſat:cū habemus iura ſuperius allegata in cōtrariū.Ego dico,ꝙ illa iura cōtraria dn̄t intelligi de infamia canonica. quod patet ex eo, q̄a oēs mortalibus criminibus irretitos appellant etiā infames:qđ ſonaret in abſurdū.ſed intelligereť de infamia ciuili. Nā ſequereť ex hoc,ꝙ ſemel notatus aliquo peccato mortali nūquā amplius poſſet celebrare,neq; officiū ſuū exercere:niſi reſtitueret famę ꝑ Papā,ꝙ eſt falſum vt in.c.fi.de tēpo.or.Et ꝙ intelligāť illa iura de īfamia canonica:no.gl.in.c.q̄cūq;.vj. q.j. facit gl.in.d.c.illi,q.eadē cā & qōne.quæ quidē infamia tolliť per pœnitētiā:vt.ſ.dixi.Non ob.gl. in.c.querelā.de iureiurā.&in.c.puenit.de fide iuſ.quia relatæ ad tex.ſolū ꝑbāt de eo,qui venit cōtra pactionē iuratā.Dic ergo ſecundū leges,ꝙ aut quis iurauit de p̄terito,vel præſenti & nō efficitur infamis, licet falſum iurauerit. Exēplū in eo,qui falſum teſtimoniū tulit,ſi tn̄ in hoc vltimo caſu cōdēnaretur, efficereť infamis:nō tā rōne iuramēti,quā rōne falſitatis.Si verò iurauit de futuro,& nō ſeruauit:&tūc ſi iurat ſibi, vel Deo,nō efficiť īfamis: ſecus ſi iurauit ei,cū quo cōtraxit.Et ſic loquiť. d.l. ſi qs maior.ínā hoc caſu plus deliquit: quia fefellit deū & ꝓximū.Hoc voluit in effectu gl.&Bar. poſt eā in.l.Lucius.ff.de his,qui no.infa.Ita Io. de lig.ſentit hîc.& vide Arc.in.c.authoritatē. xv.q.vj.&in.c.paruuli.xxij.q.v.Idē per oīa dic de iure canonico:quia nō reperimus cōtrariū: ꝙ materia eſt pœnalis:imò potius ꝑbaťr cōtrariū hîc,ſi vis literæ nō inferť.Fruſtra enim excepiſſet de piurio,ſi quilibet eſſet infamis ſecū 8 dū canones.¶ †Quartus caſus cū aliâs inſtituta accuſatiōe fuit de crimine cōuictus.Intelligе,licet nūc ſit emēdatus:vt ponat aliquid ſpecialiter in cā criminali:vt.ſ.dixi.Pōdera hunc caſum.non enim requiriť,ꝙ fuerit cōdēnatus. ſed ſatis eſt, ꝙ fuerit cōuictus.fortius ergo ꝑcederet iſte caſus,ſi fuit cōdēnatus:vt dicit hîc 9 Io.An.& bn̄.¶ †Ex hoc no.ꝙ atteſtationes factæ in iudicio criminali faciūt fidē in alio iudicio,etiā inter alias pſonas.Sed hoc ꝑcedit,vbi nō agiť de magno præiudicio: vt hîc.aliâs ſecⁿ ad hoc quod no.in.c.ꝑ inquiſitionē. de elec.& in.c.inter dilectos.de fide inſt. Ex quo etiā colligе,ꝙ acta in vno iudicio faciūt qualēqualē fi 10 dē in alio, etiā interueniēte alia pſona. ¶ †Et facit iſte caſus ad quæſtionē,nunquid ſufficiat ꝑbare aliquē fuiſſe excōmunicatū ad hoc, vt etiā abſolutus à teſtimonio repellať.ar.ꝙ non iiij.q.ij.& ibi ſatis de hoc in ſumma.Inn.hîc in ſtat multū & in effectu ponit duas opiniones. prima vī ſua,vt non obſtet excōicatio,ex quo ſecuta eſt abſolutio:niſi ꝓpter crimen, ꝓpter quod fuit excōicatus.Rō, quia potuit iniuſtè & ſine cauſæ cognitiōe excōmunicari. Itē potuit eſſe iuſta excōicatio & excōicat⁹ extra culpā:puta,quia iudex excōmunicauit nō cōparētē in termino aſsignato: ſed ille fuit legitimo impedimēto detētus: qđ non cōſtabat iudici. Nec ipſa excōicatio debet obeſſe: quia eſt medicina:vt in.c.j.de ſentē.excōi.lib.vj.iō ea ceſſante,nō debet aliqua infamia remanere.Secūda eſt opinio quorūdā,vt ipſe refert, ꝙ niſi excōicatio fuiſſet lata expreſſa cā legitima,quòd tūc probať culpa:nec eſt neceſſe aliter illā probare:puta,quòd fuit excōicatus:quia erat contumax in parēdo ſuper crimine, de quo fuerat cōdēnatus:aliâs ſecus.Inno.videť hanc opinionē limitare:vt ꝓcedat q̄n tale crimē fuiſſet expreſſum in ſentētia,quod ipſo facto infamaret.In alijs aūt criminibus ſecus: quia acta pœnitētia ceſſat īfamia canonica. & in hoc obſcurē loquiť:ſed vult dicere,ꝙ cum ſecuta abſolutiōe dicať emēdatus de illo crimine, nō debet amplius obſtare,vt hîc.in prin.Sed minus loq̄tur generaliter:cū in criminali nō ſufficit eum fuiſſe emēdatū: vt hîc,in ver.in criminali.D. Anto.& Hoſt.videtur ſequi hanc vltimā opi

in.l. obſeruare.§. profiſci.ver. xxxiij.quæritur.ff. de offi. procō.Et de hocvide per Imo. in cle.j.ī.vj.col.de iure.iu. & p Paul. de caſt. poſt Gul. de cu.in.l. iuſiurā dū quod ex cōuētione.§. ꝓcurator in fin.ff.de iureiuran. Itē vide Arc. in.c. quicunq;.circa medium.vj.q.j. vbi dicit, ꝙ nō obſeruās ſacramētū, qđ habet rei obſeruantiā: puta qa eſt de futuro,& cō ſiſtit in dando,vel faciēdo eſt īfamis: aliâs nō. Et dic,ꝙ de hac materia no. Gof.in ſumma de iureiur. §. quæriť, an piurus. Sed tu de iſta quæſtione vide etiā per Arc. in.c. inter cætera. xxij.q.iiij.

¶ Adde,an periuro credať.Ale.conſi.cxxxiij.&an ſit infamis & ei poſſit cōferri bñficiū. Fede.cō.cxxxix. Cal.cōſi.xxiiij.de iureiurā. Et q̄n habeat locū.l.ſi quis malor.ꝑ Alex. cō ſil.xxxiiij.li.j. Et an non ſeruās fidē promiſſam ſit infamis,ꝑ do.deRo. deci.ſuis in antiq⁹ de iureiuran.

SEB. SAPIA.

a ¶ Periuriū. Quòd periurus preſumatur iterū falſum iurare,voluit glo.in c.paruuli.xxij. q. v. vnde ſemel piurus perdit beneficiū iurādi:vt not. Bal.in auť. & q.in princi.C. de bonis aut.iud.poſsiden. Fede. de Senis in cōſi.xxiij.inci.Titius electus. & in cōſi.cclv.inci. dñe Alex.& Fel. poſt Abb.in.c. ex pte. col.ij.ſ.eo.& Andrę.Sicu. in. c.j. j. de accuſa.& Lud. Ro.in.l.admonendi.ff. de iureiurā. vbi dixit, ꝙ illi q fuit periurus,non defertur iuramentum.

b ¶ Vtrū periurus ſit infamis . & ꝙ ſit tenet Hoſti.in ſum.de vſu.§.peverſ. quid de notarijs. quē refert & ſequiť Arch. in.c. ſicut viri.xl.di.ſed ipſe idem Arc.in c.paruuli.xxij. q. v. dicit, ꝙ periuri ſunt īfames de iure canonico: non aūt de iure ciuili: niſi in caſu. l. ſi qs maior. C. de trāſa. Et quòd periurus non ſit infamis, niſi in caſu. d.l. ſi qs maior.tenet Bald.

a ¶ Tu vide glo. in verbo maculã. in d. auẽ. de mo. quę dicit, ꝙ de iure ciuili p ingreſſum monaſterij, non abſoluitur cã ingratitudinis, ponũt Cy. & Bal. in l. Deo nobis. C. de Epi. & cle. quãuis p ingreſſum monaſterij filiꝰ dicatur legitimari: vt dixit ſin. Gul. de cu. in. l. j. C. de ſacroſan. eccl. & ibi refert & ſequitur Bal. ĩ lec. in. v. co. ¶ Adde tu, ꝙ Roma. fing. ſuis fol. xiiij. dicit, ꝙ caſus eſt ſin. xix. q. vl. c, non liceat. & ꝙ miraẽ, ꝙ docto. imbratant.

ZACHARIAS.

¶ Voluit allegare Ro. in ſuis ſin. in nu. ccccl xxxj. inci. glo. in. l. Deo nobis.

Anto. Franci.

¶ An legitimatio fiat per ingreſſum religionis: vide Bal. in. l. j. in le. in. iiij. co. in verſi. iuxta hoc quęro. C. de ſacroſan. eccle. vbi dicit, ꝙ legitimatio fit p ingreſſum religionis, ſicut per oblationẽ curiæ. & vide per Ant. de roſe. in tract. legi. in iij. li. in fin. & per Alex. de Imo. in cõſi. lxxiij. in. iiij. parte conſi.

b ¶ Emẽdatus. Ade pulchrè Rom. conſi. ccxxv.

SEB. SAPIA.

c ¶ Preſumptionẽ bonitatis. Vide Bart. in. l. ſi cui. §. ijſdem. ver. venio ad ſecundã partẽ. ff. de accuſat. in. l. Caſsius. ff. de ſenato. Alex. in cõ ſil. v. in. j. col. in. j. vo. & in cõ. xciij. col. ij. eo. vo. Feli. in. c. cum venerabilis. colũ. xvij. & ſe. j. d. exce. Mar. ſi. in ſin. ccxvij. in ci. ter, vel quater.

nionẽ: vt licet excõmunicatio de ſe non repellat, ex quo fuit ſecuta abſolutio, tamẽ obſtat crimẽ expreſſum in ipſa excõmunicatiõe: qd̃ probatur per ſentẽtiam. Sed aduerte tamẽ tu quia ſecũdum hoc hodie ſemper obſtaret excommunicatio præterita in cauſa criminali: cũ excõicatio nõ feratur ſine expreſsione cauſæ: aliãs relaxatur tanquã iniuſta: vt in dicto c. j. de ſentẽ. excommu. lib. vj. quod eſt valde graue: cum iura repellant ſolũ excõicatum de præſenti: vt in. c. decernimus. eo. tit. li. vj. vbi de hoc per Arch. & nũquã aliqui dicũt de excõicato in prẽteritũ. Itẽ cũ excõicatio poſſet fieri extraiudicaliter & ſine cauſæ cognitiõe, graue eſt dicere, quòd probat crimen in ea expreſſum. Obſtant & multa alia, quæ colligi poſſunt ex ſequẽtibus. Vnde ego diſtinguo ſic: quòd aut ex cõmunicatio fuit lata pro tali cauſa, quæ non ſufficeret etiam ſi expreſsè probaretur ad repulſionẽ teſtis: puta ꝑ ſimplici cõtumacia, in qua diu nõ perſeuerauit: & non ſufficit probare excommunicatiõem poſt abſolutionem. Nam prætérita excõmunicatio non obſtat ratione prædicta: nec cauſa, etiam ſi vera eſſet. ergo &c. & hoc caſu nullo modo procedunt dicta doctorũ. Aut cauſa eſt ſufficiens: & tunc aut non fuit expreſſa in ſententia: & nõ obſtat, quia præſumitur, ꝙ fuerit iuſta, maximè hodie: vt in. d. c. j. Aut cã fuit aſsignata in ſentẽtia: & ſi intra decendium præfixũ ad appellãdũ obtinuit abſolutionẽ, nõ prodeſt de ea obijcere poſt abſolutionem: niſi aliter verè probetur crimen. in auẽ. ſi quis in aliquo. C. de eden. Itẽ, quia ante decendium etiã excõicationis ſententia non præſumitur iuſta: niſi aliter probetur: vt notanter dicit Inn. in. c. quoniã contra. in fin. de proba. & in. c. bonæ. s̃. de elect. Nec obſtat, ꝙ petijt abſolutionẽ: quia hoc potuit feciſſe ex bona conſcientia: quia bonarũ mentiũ eſt timere peccatũ. &c. v. diſt. c. ad eius verò. & de homi. c. exhibita. Nec abſolutio præſupponit neceſſariò vinculũ: quia põt interpretari ad cautelã: vt no. Inn. in. c. venerabilẽ. de elec. Aut nõ appellauit: & poſt lapſum decẽdij, fecit ſe abſolui. vel ſi appellauit, appellationem deſeruit: & tũc magis dubiũ: videturᶜ tn̄, ꝙ ſufficiat probare excõicationẽ ad probationem criminis ad effectum: vt repellatur à teſtimonio etiã poſt abſolutionẽ: quia nõ appellãdo videtur acqeuiſſe ſentẽtię. Et licet nõ trãſeat in rem iudicatã, quominus poſsit peti abſolutio, trãſit tn̄ quo ad certos effectus: & inter alios eſt: vt præſumatur iuſta: vt notanter dicit Inn. in. d. c. bonæ. & c. qm̃ cõtra. & Io. An. in. c. venerabilibus. de ſen. excõ. lib. vj. & optimè facit. c. licet. de ſen. excom. lib. vj. vbi talis repellitur in iudicio & extra: niſi probet, ꝙ iniuſtè fuerit excõicatus. Niſi dicas, ꝙ ibi ꝑſeuerabat in excõicatione. ſed idẽ videtur poſt abſolutionẽ quo ad effectus præteritos. Hæc intelligo vera, qn̄ excõicatio fuit lata in præſentẽ: ſecus ſi in abſentẽ & ignorãtẽ: quia tũc nõ videtur acquieſcere. ad hoc. c. apoſtolicæ. de cle. exami. & per Inn. in. c. innotuit. de eo, qui fur. or. rece. Hæc procedunt indiſtinctè, ſi in ſententia fuit expreſſum tale crimen, ꝙ dãnato irrogat infamiã. nã tũc repellitur indiſtinctè. In alijs aũt criminibus obſtat probatio excõicationis. vbi nõ ſufficit emẽdatio: vt in periurio, & in criminali. ſed vbi ſufficit emẽdatio, non obſtat excõicatio prætérita: quia probatur emẽdatio per abſolutionẽ. & hæc tene: licet aliãs nõ conſyderata, quicquid ſentiãt hîc docto. & glo. iiij. q. j. in ſumma. Et ex prædictis põt etiam inſtrui, an & qn̄ excõicatus debet abſolui: vt ferat teſtimoniũ: de quo etiã dic, vt dixi in. c. veniens. ij. s̃. eo. & maximè ad prædicta facit iſte tex. ſeu caſus prędictus & ſequẽs, in quibus ſufficit probare, quod aliãs fuerit conuictus, vel confeſſus: vel ꝙ aliãs fuit repulſus: & ſic ſufficit preſumptiua probatio. Fortius quãdo fit modo prædicto: & hoc bn̄ no.

11 ¶ †Quintus caſus, qn̄ alio iudicio inſtituta accuſatione contra ipſum fuit crimen cõfeſſus. Ex hoc no. ꝙ confeſsio facta in vno iudicio, etiam criminali facit fidem in alio contra confitẽtẽ quo ad hoc, vt repellatur à teſtimonio, quaſi ſigillet opinionẽ ipſius. ſecus videtur in alijs. Nã cõfeſsio facta cũ vno, non nocet quo ad aliũ. ff. de interro. actio. l. fi. vide quod no. Inn. in. c. ij. de ord. cog. ¶ Et põt adduci ad quæſtionẽ, nũquid per ſolã confeſsionẽ quis infametur, ſi delictũ erat famoſum. de quo vide per gl. & Bar. in

12 l. ictus fuſtiũ. ff. de his, qui no. infa. ¶ †Sextus caſus, qn̄ nunquam de crimine fuit accuſatus, ſed nũc per exceptionẽ põt cõuinci: & ſufficit ad repellendũ. & intellige, vt. s̃. ſi etiã nũc eſſet de crimine emẽdatus: vt ſic ponat aliquid ſpeciale cùm agitur criminaliter. Nã ſi perſeueraret, repelleretur etiã in ciuili: & ſic eſſemus in primo caſu. & no. hoc: quia eſt valde durũ: vt ſemel delinquẽs quantũcũqꝫ ſit emendatus, remaneat ſuſpicioſus: vt nõ admittatur in teſtem in cã criminali. Puto, ꝙ ſi intraſſet poſtmodũ religionẽ, ſublata eſſet omnis cã ſuſpicionis, per tex. no. in. c. fi. & pe. xix. q. vlt. ¶ †Vbi dicitur, ꝙ nõ licet parẽtibus filios factos monachos[a]

13 a exhęredare, quãuis dũ eſſent in ſeculo ĩciderint in cãm ingratitudinis. facit. d. auẽ. de monachis. ver. humana. ¶ Septimus caſus, qn̄ non probatur crimẽ de præſenti, neqꝫ fuit cõuictus, vel cõfeſſus: ſed quòd aggrauata ſit ipſius opinio pro eo, ꝙ aliãs fuit repulſus ab actu teſtificandi. Et declara hãc grauationẽ opinionis: vt. s̃. dixi. & videtur velle tex. ꝙ ſi nõ eſt grauata ex hoc ſua opinio, aliãs licet fuerit repulſus, non ſufficit ad repulſionem. ¶ Venio ad gl. quæ oẽs ſunt faciles, &. s̃. declaratæ & limitatæ præter finalẽ, quæ eſt in principio facilis. In ſecunda parte quærit qualiter probabi-

b tur, ꝙ quis ſit emendatus[b] de crimine? rn̄det, ꝙ põt ꝑbari in ſacerdotẽ ſuũ, cui fuit cõfeſſus. & no. gl. Hoſt. & Io. An. dicũt hoc procedere cõfeſsione & pœnitẽtiæ iniũctioue: id eſt, ꝙ per ſacerdotẽ põt probari confeſsio, & pœnitẽtiæ iniũctio: exterior verò ſatisfactio probabitur per familiares & alios, qui viderunt. Et ſufficit ſatisfactio occulta, ſi crimen fuit occultum: ſi verò fuit manifeſtum, debet eſſe pœnitentia manifeſta: licet non ſolemnis. ij. quæſtione. j. c. ſi peccauerit. xlv. diſt. ad illud. l. diſt. in capite. ſecũdum

14 Inno. ¶ Nota bene hoc dictum. ſentiunt enim iſti, quòd non ſufficit quem eſſe contrarium & confeſſum, & actu deſtitiſſe à peccato, ad hoc vt dicatur emendatus: ſed requiritur ſatisfactio exterior, quæ tamen præſumitur ſecundum Inn. ſi crimen fuit occultum, confeſsionẽ probando de delicto per ſacerdotem. Sed ſi peccatum fuit manifeſtum, non præſumiť ex ſola cõfeſsiõe: ſed oportet, ꝙ probeť. Aliter diſtinguit Gl. in. d. c. ſi ipſi Apoſtoli. ij. q. vij. Dicit eñ ꝙ in ciuili præſumiť quis emẽdatus, ſi crimẽ fuit occultum: quia nõ præſumitur immemor ſuæ ſalutis: ſed ſi crimẽ fuit manifeſtũ ꝑbabit ſe egiſſe pœnitẽtiã per ſacerdotẽ. In criminali verò, ſiue crimẽ ſit occultũ, ſiue manifeſtũ: ſiue egerit pœnitẽtiã ſiue non: repellitur, vt hîc. Et hanc opi. tenet Spec. eo. ti. §. j. ver. itẽ opponitur. ego ſequor primam opin. quia ex quo non fuit ita occultum, quin nũc probetur per teſtes: debet probari emendatio, ſaltem per ſacerdotem modo prædicto. Nam ſemel malus amittit

c c præſumptionẽ bonitatis, & præſumitur ſemper malus: niſi probetur bonus: vt in regula, ſemel malus. li. vj. ¶ Ex his colligitur, ꝙ onus probandi ſe emendatum incumbit ei, cõtra quem probatur crimen. ¶ An aũt ſuper confeſsione ſit credendũ ſimplici verbo ſacerdotis ſine iuramento? dicit Inn. qnibuſdã videri ꝙ ſic, ſecundum Hoſt. Facit quòd ſic: quia gerit vicẽ Dei. s̃. de offi. ordi. ſi ſacerdos. vn̄ ſicut à Deo non exigeretur iuramentũ, ita nec ab eius vicario. facit. xciij. di. c. pe. Dicit tn̄ Hoſt. aliquos dicere cõtrariũ: quia licet in foro cõfeſsionis teneat vicẽ Dei: in cõtẽtioſo verò in

quo

quo producitur secus. ad hoc. s̃. eo. nuper. Dicit Io. And. ꝙ primũ æquius, secundũ verius: quod placet. Et hîc no. casum, in quo creditur vni testi. & hoc propter facti qualitatẽ: quia confessio fit in
15 secretoj̃. de pœni. dist. j. quem pœnitet. ¶ † Aduerte vnũ not. dictum, quod ponit hîc Io. And. post Vincen. super gl. iij. Dicit eñ, ꝙ si quis fuerit emendatus per dispensationẽ, hoc ei proderit quo ad oẽs quæstiones: scilicet tã ciuiles, quàm criminales. alle. s̃. de fil. presby. c. ex tua. & j̃. de schisma. c. fraternitati. & no. Inn. hîc, ĩ ver. in criminali. qui vult istũ emẽdatũ in criminali repelli: nisi secum sit dispensatũ. vel nisi sit in integrũ restitutus. alle. de re iudi. cũ te. Ego hoc dictũ admitto in restitutione in integrum: quia illa restituit in pristinũ statũ. ij. q. iij. in fi. Sed in dispensatione dico cõsyderanda verba dispensationis. Nã posset fieri solùm ad effectũ, vt nõ deponatur, vel puniatur pœna delicto cõdigna. ad hoc. §. indulgentia. ead. cã &. q. vide de hoc quod dixi in. c. at si clerici. §. de adulte-
16 rijs. de iud. ¶ † Vltimò glo. quærit, an testis, cui crimen obijcitur, possit repellere obijcientẽ exceptione, seu replicatione criminis. & tandẽ cõcludit, & bene, ꝙ nõ: quia obijciẽs, se defendit: ideò nõ potest repelli prætextu criminis. Nec ob. c. personas. s̃. eo. de quo gl. oppo. & nõ soluit. nã ibi similitudo morbi, id est criminis repellit testẽ, nõ aũt partẽ obijcientẽ cõtra testẽ. Sed no. aliã rationem huius gl. dũ dicit, ꝙ cõtra testẽ directè non agi, sed potius contra partẽ, ne vtatur illius testimonio. & idẽ Inn. in. c. verũm. de foro compe. ¶ Facit enim hoc ad multa. Primò, ꝙ si crimen obijcitur contra clericũ testẽ in foro ciuili, possit de hoc cognoscere iudex secularis. ¶ Secũdò ad vnũ dictũ Io. Andr. super tex. dicit enim ꝙ huic testi, cõtra quẽ obijciuntur crimina, nõ sunt capitula tradenda: vt noj̃. de purga. cano. c. inter. ¶ Tertiò facit pro opinione Io. & Phili. qui dicũt, ꝙ probare possum testes meos honestos, quos aduersarius dixit & probauit malæ famæ: allegat. iij. q. iij. c. de iudicijs. quod no. s̃. eo. c. ex tenore. quod placet: quia vt prædixi potius iste se defendit cõtra exceptiõem aduersarij, quã alium defendat. ¶ Nũquid aũt ipse testis possit assumere defensionem, & probare innocentẽ? dicunt Io. Vincen. & Philip. ꝙ sic: ne fama ipsius grauetur, sicut põt ostendere se liberũ per chartam manumissionis. in auf. eo. ti. §. si verò dicatur. & hoc placet. Nã licet directè nõ excipiatur contra testem: vt s̃. dixi: tñ indirectè læditur ipsius opi. vt probatur hîc in text. quia si semel fuit repulsus, semper potest repelli in criminali: ideo potest pro suo interesse assumere defensionem. facit optimè in simili. l. à sententia. ff. de appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Qui vidit testificata, si non plenè examinauit, non prohibetur à quarta productione.*
2 *Qui intellexit à testibus productis id quod testes deposuerunt, non prohibetur à productione aliorum testium: nisi fuerit præsens, quando testes deposuerunt.*
3 *Iuramentum malitiæ semper potest exigi, quamuis iuratum sit de calũnia.*
4 *An iudices possint delationes datas à iure abbreuiare, vel prorogare.*
5 *Tempus medium inter primam dilationem & secundam, non computatur ad videndum, an istæ dilationes datæ excedant tempus triũ mensium.*
6 *Quando incipiunt dilationes currere.*
7 *Is, qui habuit dilationem trium mensium pro testibus in eadem prouincia existentibus: an habebit aliam dilationem sex, vel nouem mensium pro testibus in longinquo existentibus.*
8 *Prouinciæ continentes, quæ dicantur?*
9 *An in exceptionibus probandis sit locus quartæ dilationi.*

CAP. LV.

VLtra tertiam. ¶ Quarta productio non est dãda sine solennitate legali, de qua hîc. Primò ponitur regula. secundò, exceptio. ibi: *nisi*. ¶ Casus literalis. Aliquis habuit tertiam productionem testium: adhuc petit quartam: quæritur, vtrũ debeat audiri. Respõdet Papa ꝙ non, nisi præstito iuramento, quòd neꝙ per se, neque per alium testificata didicerit: nec per dolũ, nec per aliquam machinationẽ quartã petit productionem: sed quia

a ☞ SEB. SAPIA. ¶ Prima. Vide Bald. & Imo. in. l. ñ. §. inspectio. ff. quemadmo. testa. aperi. vbi dicunt, dicta testium nõ dicuntur didicita, nisi sint intellectualiter & maturè visa. & dicit Gemi. in. c. sciendũ. in fin. xix. distinctione, ꝙ discurrens testes non põt dici eorum dicta percunctatus. quod refert & sequitur Feli. in glo. in rub. prœ. hujus libri. col. pe. versic. adde prin. gloss.

illos habere non potuit, quos nũc producere intendit. ¶ Not. ibi: *productionem*. quòd super eodem non debent fieri vltra tres productiones testium, nisi cum solennitate: de qua hîc. Et aduerte, qui alicet gloss. hîc capiat productionem pro dilatione: vt sit sensus, quòd quarta dilatio, & non productio hîc prohibeatur: quod etiam sentit glo. iij. q. iij. c. inducię. §. spacium. quæ dicit intra vnam dilationẽ posse fieri mille productiones. tñ iste tex. &. c. significauerunt. &. c. in causis. s̃. eod. & auf. at qui semel. C. de probatio. loquuntur & vtuntur verbo productionis, & nõ dilationis. vide ad intellectum huius cap. quod plenè dixi in. d. c. in causis. ¶ No. ibi, *neque per se, neque per alium*. ꝙ non refert, an faciat quis per se, vel per alium, vbi idem resultat effectus. quod procedit etiã in pœnalibus: vt in. c. si quis suadente. xvij. q. iiij. iunctò. c. mulieres. de senten. excom. & vide quod ibi dixi. ¶ No. ibi, *subtraxerit*. quòd eoipso, quòd subtraxerit testificata, præsumitur ꝙ fuerit percunctatus. Præsumitur enim contra eum ex delicto. arg. in. l. si de possessione. C. de probationibus. secundum Inn. & Hosti. ¶ Not. ibi, *testificata*. ꝙ nõ distinguit inter testificata sua, & alterius partis. Ex quo colligitur, ꝙ siue subtraxit testificata per se, siue alterius partis, vel fuerit percuuctatus: non admittitur amplius ad productionẽ testiũ, licet quidam contrà. Sed primũ plus placet Inno. & cõiter doctoribus. Et intellige, quòd impedia tur acsi publicatio fuisset solenniter facta, & non vltra. hoc dico: quia sicut publicatione non obstante admitteretur super nouis capitulis: vt in. c. cùm venisset. s̃. eo. ita & fortius si fuisset priuatim testificata percunctatus. facit c. constitutus. s̃. eod. in fi. ¶ Not. ibi, *artem*. ꝙ hoc verbum artem, quandoqꝫ sumitur in mala partem. ad idem. xxij. q. v. quacunqꝫ parte. &. xlvij. dist. ficut quandoqꝫ sumitur in bonã
b ¶ L.admonẽdi. Et hãc opi.tene prout etiã tenet Ia.de bel.in.§.si quis igit. in aut.de instr.cau. tenent.d .Ant.& Inn.hîc.imò fortius vr̃ velle Ang. in.d.l.admonẽdi. in.iij.colũ.ꝙ talis apocha isto casu nullã probationẽ nec præsumptionẽ inducat: & sic nec etiã aliqualẽ. Et optimè ꝓbat tex.hîc in fi. qui vult,ꝙ nõ habeat robur aliquod firmitatis,nisi intelligas tex.istũ quã tũ ad plenam ,vel semiplenã probationẽ:prout declarat hîc.d.Anto.in iiij.col. Stat ergo conclusio,ꝙ apocha nullo adminiculo suffulta non facit plenã:vel semiplenã ꝓbationẽ. Limita singulariter,nisi talis scriptura eẽt antiqua & de facto antiquo, qa tũc bene facit præsumptionẽ,seu semiplenã probationẽ :quia licet priuata ĩstrumenta nõ probẽt de per se: tñ cum aliis adminiculis bene ꝓbãt.l.exẽpla.& l.instrumẽta.& l. rationes.C. de proba .& xxiij.q.ij.c.sanè .Ita in terminis Ioan. And.post Nic.de ma.in tit.de instr. editi.§. nũc dicendũ.super versi.qd si produc̃s.refert & sequit.d. Ant. de Butri. Hîc in iiij.colũ .versi.tertius casus,qñ scriptura nullo modo approbat.& c. quod est bene noscũdũ.d.meũ .d. Iaso.in. d.l.admonendi .in. lxxiij. colum.

¶ Adde videndũ Rom.consi.cciiij. Pau.de Cast.cõsi. clj.in primò impressis. Francis.de Aret.consil.xliij. Et qd de scriptura à testibus subscripta: vide Roma.cõsi.ccciij.

sit anterius in data,nisi haberet subscriptionẽ testium,qui scilicet adiuuarent instrumẽtum priuatum:vt j̃.subijciam. Aut negat pars illam literam fuisse propriam:vel illi consensisse, si fuit ab alio scripta:& tunc per cõparationem literarum:& per testes simul,qui fuerunt præsentes, quando ista apocha fuit scripta, plena inducitur probatio. Non enim est necesse, ꝙ testes sint subscripti in apocha,ad quã fit comparatio:licet secus sit in apocha,ex qua fit cõparatio:vt j̃.subijciam. Hoc probatur in aut. sed nouo iure. aliàs si quis vult. C. qui potio. in pigno.habe.& in corpore,de instr. cau.§.si quis igitur vult. Et intellige,ꝙ testes deponãt ꝙ illam scripturam viderunt confici à cõuento:nihil autem deponũt super contentis. Nã si deponerent de cõtẽtis : puta,quia viderunt mutuum contrahi, vel depositum, vel quid simile:non esset necessaria comparatio literarum : & sufficerent duo testes.argu.l. in exercendis. C.eodem.& in.c.cùm Ioannes j̃. e. Sed in priori requiruntur tres testes:vt no.glo.in d §.si quis igitur.& Barto.in.l.scripturas.&.d. aut.at si contractus.quod nota. Et quanquam Specu.in titu.de instru.edi.§.nunc dicendum. in prin.ver.v.dicat,ꝙ secundũ canones sufficiunt duo testes.alleg.istum tex.&.c.quoniam contra.de proba.cum si. Mihi tamen hoc dictum non placet:quia non reperimus contrarium de iure canonico:cũ istis testes non deponant de contractu.quo casu etiam de iure ciuili ,sufficerent duo testes ,vt infrà dicam . Sed ꝙ illa est scriptura conuenti,quia erant præsentes:quando illã scripsit. Possent enim de facili errare propter similitudinẽ literarũ : ideò ius ciuile requisiuit tres testes:vt in .d.l. scripturas.& in authentic. de instru.cau.§. si quis igitur. Facit quod no.glo.in regula,pluralis locutio.de regu.iur.li.vj.& in.c.cùm esses.de testa. Si verò nõ producuntur testes ad probandam scripturã modo prædicto,videtur ꝙ tũc nullius firmitatis sit.argu.hîc. Nam si hoc contingit,qñ testes fuerunt inscripti:& decesserũt fortius procedit,quando nullo modo fuerũt subscripti,nec præsentes. Bar.tamen in .l. scripturas.præallega.dixit,quòd facit semiplenam probationem.& sic dicit se intelligere gloss. in.l.admonendi.præalle.& in.l.in bonæ fidei. C.e.ti.quæ hoc velle videntur.& cum hac opi. transiuit hîc.do.Anto. ¶ Sed reperio eundem

b Barto.in.l.admenendi. [b] dixisse,ꝙ facit minus, quàm semiplenam probationem, quia non est verisimile,quòd quis falsam scripturã fabricauerit:cùm debuit timere pœnam falsi:& scire debuit,quòd illi soli fides non adhibetur.ideò non debemus illius fidem omnino annullare. Et hæc vlti.opi.vt non faciat semiplenam,sed minus,plus mihi placet.ad quod probandum induco istũ text.hîc in fi.vbi dicit,ꝙ nõ habet robur alicuius firmitatis. Non enim sic absolutè dixisset,si faceret semiplenã probationẽ. ar. in.c.fi.de iureiur.& in.c.super eo.ij.§.j.s̃.de testi. Dicerem tamen,ꝙ si probabiter per cõparationẽ literarũ:induceret semiplena probatio

a ¶ Quintũ. Adde etiam ſextũ caſum in ſcriptura priuata mariti, quæ declarat & plenè ꝓbat res paraphernales vxoris. l. ſi ergo. §. dotis. ff. de iure do. per totum. §. ſecundũ Bal. in. l. ñ. in vlti. col. C. ne vxor pro marito. Et hoc verum, ſecũdũ eum, qñ patet ita eſſe ex ipſarum rerum qualitate: quia ſint veſtes muliebres, & alia muliebria. Septimus caſus eſt, in quo priuata apocha plenè probat qñ in actis reperit quia obtinet vim publici inſtrumẽti. Ita no. Bal. in. l. ne in arbitris. i. iñ. not. per illũ tex. C. de arbi. & reputat valde tenendũ mẽti: quòd idem operatur priuata ſcriptura manu ꝓpria ſcribẽtis in actis facta: ſicut manu publici tabellionis. Nam ſe cñdũ eũ põt qs in actis ſcribere ſuã reſpõſionem: vel confeſſionẽ. Sed Bal. in auẽ. offerat C de litis cõte. reſtringit dictũ ſuũ ꝙ priuata ſcriptura quæ reperit in actis, plenè probat, qñ notarius actorum redegit in actis: & ꝓprio teſtimonio cõfirmauit: aliâs ſecus. Pro hoc adde, qđ tenet hîc do. Ant. in. ñ. col. in verſic. ſeptimus caſus. & ibi Imo. in. ix. co. vbi voluit: quòd ſi priuata ſcriptura ſit corã iudice examinata approbata & publicata: tunc plenè ꝓbat: licet ſit priuata: ſicut inſtrumẽtum teſtamenti publicati, iuxta. l. publicati. C. de teſta. in iſtud vltimũ procedit, ꝓpter teſtes qui in publicatione ſcripturę interueniũt ad eius cõfirmationẽ. Octauus caſus eſt, qñ cõſuetudo loci eſt, ꝙ priuata apocha ꝓbaret: vt eſt Venetijs, valeret conſuetudo, & ei eſſet ſtandũ. c. cũ dilectus. de cõſue. ſecundũ. d. Anto. hîc in. iñ. colũ. & Imo. in. ix. & alĳ te eos tenet Inn. quem ip ſi non allegant in. c. cũ. P. tabellio. de fide inſtru. Et ſubdit multũ egregiè. d. Ant. ꝙ ſtabit conſuetudini illius loci in priuatis ſcripturis in illo loco factis, etiã ſi alibi vt ſic cũ vno teſte, vel cum iuramento partis aduerſæ, cõſyderata qualitate perſonarum & cauſæ, faciat plenam probationem. Et ſic multum notabiliter ſaluabimus glo. in. d. l. admonendi. & l. in bonæ fidei. & dictum Bart. in. d. l. ſcripturas. habebitur ſolennis limitatio ad iſtum tex. Nec ob. tex. in. d. §. ſi quis. vbi dicitur ꝙ comparatio ſine teſtiũ augmento, nõ ſufficit: quia debet intelligi quo ad plenã probationem: ſed quo ad ſemiplenã ſic. Et pro hoc, qa ante ius Authenticorũ, ſufficiebat ſola cõparatio: vt in. l. comparationes. C. de fide inſtru. Et videtur, ꝙ etiã hodie ſufficiat ſola comparatio, quando contractus non excedit libram auri: vt in authen. at ſi contractus. C. e. & quod no. in. d. §. ſi quis igitur. ¶ † Secundus caſus, quã do eſt ſubſcripta à partibus tantũ: & tunc ferè idem dico, dixi ferè: quia arbitror, quòd faciat maiorem præſumptionẽ, quã in ꝓprimo caſu. Aliâs fruſtra. l. ſcripturas. ponderaret ſubſcriptionem partiũ, non tamen plenè probat ſine augmento teſtium: vt in præallegatis iuribus. ¶ † Tertius caſus, quãdo eſt ſubſcripta à teſtibus tantùm. Barto. communiter tenet, vt teſtes deponentes modo prædicto per ſe nõ ſufficiant ad probationem complendã, quia poſſent de facili errare propter ſimilitudinem literarum. Nec comparatio per ſe ſola ſufficit eadem ratione: ſed requirũtur ambo ſimul, vt videtur velle tex. cum glo. in. d §. ſi quis igitur. Aduerte tamen, quòd ſi comparatio diſcordat à dicto teſtium committitur arbitrio iudicis, cui plus velit inhærere, vt ſing. innuit tex. in. d. §. ſi quis. & argu. in. l. iij. ff. de teſti. Ex quo infertur ad id, quod. ſ. dixi: ꝙ comparatio ſola ſine teſtibus, facit ſemiplenam probationẽ: cùm quando ꝙ faceret plenam, ſcilicet cum teſtes fuerunt ſcripti: & diſcrepant à cõparatione: ſed tanta eſt comparatio, vt iudex ad eã animum firmet. Et adde huc & in præceden. caſu limitationes traditas in priori. ¶ † Quartus caſus, quando habet ſubſcriptionem partiũ, & teſtium: & hoc caſu Bart. tenet ſolã depoſitionem teſtiũ modo prædicto in priori caſu ſufficere ad plenã probationem. Mouetur per. l. ſcripturas. C. qui po. in pigno. habe. vbi nulla fit mentio de comparatione literarum: & hoc ideo ſecundum eum, quia cum ſint tot ſubſcriptiones, non poſſunt teſtes ſic de facili decipi. Probatur etiam eadem ratione ſola comparatione literarum: & hoc vltimum ponit Barto. in dicta authenti. at ſi contractus per dictam. l. ſcripturas. quæ tamen hoc non probat: vt prædixi: ſed facit in arguñ modo prædicto. Et licet dominus Anto. ſequatur hoc, mihi tamen non placet, quia text. in. d. §. ſi quis igitur. ſimpliciter reſiſtit ſoli comparationi. Item non video, quid plus afferat reſpectu comparationis ſubſcriptio partium. Nam ſicut potuit falſificare, ſeu cõtrafacere ſcripturã aduerſarij, ita potuit addere ſubſcriptionẽ ſuã propriam. Sed in priori caſu, qñ teſtes recognoſcũt ſcripturã põt ſubſcriptio partiũ aliqd afferre: quia nõ ſic de facili teſtes errant. ¶ † Potes addere quintum[b] caſum[a], quando ſcriptura priuata reperitur ſolenniter recõdita in archiuo publico. i. in loco, vbi ponuntur ſcripturæ authenticæ à cõmuni deputato. Talis enim ſcriptura ſine alia comparatione & approbatione fidem ratione loci facit. ad hoc quod leg. & not. in auẽ. ad hęc. C. de fide inſtru. & in. c. ad audientiam. de præſcrip. & per Ioan. in addi. prædicta. Omnia prædicta intellige vera, quando ſcriptura habet in ſe cauſam ſufficientem. arg. c. ſi cautio. j. eodem. & l. cùm de indebito. ff. de proba. ¶ † Item verſatur in dubium, an ſcriptura priuata debeat ad ſui validitatem diem, locũ annos domini, & alia, de quibus dixi. ſ. capi. proximo continere? Bartol. in. l. cum tabernam. §. idem quæſijt. ff. de pign. & in prima conſtitutione fforum. tenet, ꝙ non per. d. §. idem quæſijt. idem gloſſ. xxv. qõ. ij. c. dicenti. §. reſcripta. verſicu. ſi qua. Iaco. Butri. contrà dicit in. l. j. §. quibus. C. de no. Codi. compo. & Specu. in tit. de procura. §. iij. verſi. ſed quid ſi in mandato. ſentit Hoſtiẽſ. eo. c. inter. ꝙ communiter tenet primum dictum. ¶ Ego concordãdo opinio. diſtinguerem ſic, quòd aut agitur de ſolo præiudicio ſcribentis: & nõ exigitur dies, nec conſul, nec ſimilia, quæ ſunt de ſolẽnitate. ad hoc d. c. ſi cautio. & d. l. cũ de indebito. & l. ſcripturas. præallega. Aut agitur de præiudicio alterius, ſaltem ſecundariò: & tunc aut dies venit neceſſariò probãda: & requiritur. Exemplum: dico me creditorem priorem in hypotheca: tu dicis te priorem, vel æqualem: & producis ſcripturam priuatam, vbi non apparet de die obligationis. Certè ego ſum prę ferendus: quia probatio tua tanquam incerta mihi non præiudicat. argumen. in. c. in præſentia. de probatio. quod etiam voluit Barto. in. d. §. idem quæſijt. Idem puto, vbi ex non appoſitione diei auferretur alteri parti defenſionis copia. Exemplum: producis inſtrumentũ procuratorium manu priuata confectum ſine die: certè non debet valere in præiudicium aduerſarij: cùm non poſsit probare, an tempore conſtitutionis procurator eſſet excommunicatus: vel, an ſit reuocatus per conſtitutionem alterius procuratoris. & his caſibus & ſimilibus procede repoteſt opinio contraria. ¶ † Nunc venio ad ſecundam ſpeciem, [c] ſcilicet Epiſtolam, in qua Bartol. in. l. nuda. ff. de donat. ſic diſtinguit, quòd aut quæritur de effectu eius, quod in ea continetur: & dicendum, vt notat Cyn. in. l. non nudis. & l. non Epiſtolis. C. de probati. Non enim eſt materia noſtra. Quandoque quæritur, an probet: & eſt materia noſtra prò priè: in qua dicendum, quòd aut epiſtola confeſſatur: & probat: vt in. l. Publia. in fina. ff. depoſi. cum ſi. Aut non confeſſatur: & tũc ſi habet ſigillum authenticum, probat: [d] vt. l. ſi quis per calumniam. & ibi per doct. C. de epiſco. & cle. & per Bar. in. l. ſi publicanus. §. j. ff. de publi. Et j dẽ dico in apocha: videlicet, ꝙ licet non habeat teſtes inſcriptos, nihilominus ſi habet ſigillum authenticũ probat, etiam ſine alia comparatione, vt hîc, & vide alium bonũ tex. in. c. tertio

agatur: vel in alio loco producat, quod eſt diligenter not. ſi eſt verũ ſecundũ do. meum do. Iaſ. in. d. l. admonẽdi. in. lxxv. col. ſubdentẽ videnda eſſe, quæ habent per doctores in. l. cunctos. C. de ſumma trini. cum ſuis cõcordan. & quæ ſingulariter decidit Bal. in. l. ĳ. in. iiĳ. &. v. q. C. ne fi. propa.
¶ Adde de ſcriptura archiui publici, Rom. conſi. cccxix. & quãdo ſcriptura priuata fidẽfaciat, vide Ioan. de Ana. cõſi. xxxiĳ. Et an ſcriptura debeat habere annũ, diem, & locum: vide Alexan. conſi. lxxv. j. li. & cv. iĳ. libro.

SBB. SAPIA.

b ¶ Quintũ caſum. Vide Fel. & alios in. c. ad audientiã. j. de præſcr. & quę ponit idẽ Feli. in. c. cũ cauſam. ſ. de proba. col. j. & ñ. vbi tangit, quãdo credatur ſcripturis antiquis.

SEB. SAPIA.

c ¶ Ad ſecũdã ſpecialem. Vide Bal. in rubri. C. de conſtituta pecu. colẽ, iĳ. verſi. quero circa literas mercatorum. & in rub. de fide inſtru. col. xxviĳ. quæro, qđ de literis trãſmiſſis. Alex. in conſi. lxxvij. inci. cauſa & lite vertente. in prima column. in j. volumi.

d ¶ Authenticum ꝓbat. Hoc eſt verum, quando talis Epiſtola fuit acceptata per eum, ad quem deſtinatur: ſecus ſi expreſsè cõtradixiſſet. Ita not. limitat Roma. in. l. nuda. in vj. col. ff. de dona. Et not. ꝙ ille, qui ſimpliciter acceptat Epiſtolã, & retinet: ſi ei exꝑſsè non contradicit, videtur fateri vera eſſe omnia, quæ in Epiſtola continentur. l. ſi filius. ff. ad Mace. in clementi. j. de procuratori. & in l. cum tabernam. & ibi Bartol. not. expreſsè in vltimo notabili. ff. de pignori. Idem domiñ. Bartol. in. l. quo enim. §. j. ff. rem ratam haberi. Bald. in rubrica. C. eodem. defide inſtrumento. in. xviij. columna verſiculo, quid de literis tranſmiſſis. & in. l. ſi lite.

ras.ad fi.C.manda.& in.l.fi.C.ad Macedo.& in.l.si defunctus.& in.l.si procurator.ff.de procurato.& in.l.si absentis,C.si certum peta.Bald. Rapha. Fulgo.in.l.emptor.§.Lucius.per illum tex.ff.de pac.do.Alex.Imo.in cõ si.incip.i ncausa & lite vertente inter Bar.in.j.col.Et ex hoc habes mirabi lem modum extorquẽdi confessionẽ,vel consensum mediante scriptione literarum facta in præsentia testium, qui sint in. formati de contentis in literis: vt in specie notat.domini,Matth.in notabi.xxiij.&.d. Barto. Veronensis in cautela.xxiij.vbi istud singulari. limitat:vt ibi p eũ: cõtra quam limitationem facit dictus.§. Lucius.vt ibi p Bal.& Fulg. ¶ Secundò limita & intellige,quòd epistola probat,si peruenit ad eum, cui mittebatur viuo adhuc mittente:sec⁹si esset mortuus mittens ante quã epistola perueniret ad illum, ad quem mitteba tur.Ita in specie limitat Rom. in.d. l.nuda.in penulti. colum.in fin.Pro quo signanter facit, quod decidit domi.Antoni. de Butri. in capitulo fina.in.vij. col. de confess.vbi dicit, quòd licet confessio extra iudiciũ facta absente parte,fiat per epistolam:vel in scriptura libri rationum. præiudicat confitenti non solùm quo ad probãdũ, sed etiam quo ad obligandum.l.publica.§.fi. ff.depo si.eò, qa talis scriptura semper loquitur:vt nota.in d.l.nuda.Tamẽ dicit se putare hoc verũ viuente eo,q cõfitetur. eo autẽ mortuo scriptura eius non loquitur.ideo credit scripturam eum non obligare,vel hæredem per not.in.c.cùm dilectus.de succes.ab intest.Et facit optimè quod decidit singu.Inno.in illo.c.cùm dilectus.circa medium.quòd confessio extraiudicialis præiudicat confitenti eo viuo,sed eo mortuo:quia non potest dare intellectum suæ confessioni,argu.c.cum dilectus.de accu.non præiudicat. & hoc sequitur ibi domi.Anto.in vlti.col.Angel.in.l.j.circa medium.ff. de confes. Quid autem de literis commendatitijs:an obligent scribentem? vide Ioan.de Imol.in.c.fraternitati.de cleri.non resi.Bald.in.l.si literas.C. manda.& in.l.institor.ff.de instito.Glo.in vers.Diœcesanis.in cle.j.de iurepatro.Et ad materiam epistolæ:vide quæ not.Bald.in prooe.fforũ.in vlti.col.& do.Iaso.de may.in sua notabili repe.l.admonendi.in.c.colum.cum sequen.& seq.

¶ Adde,qñ epistola probet Rapha.Comen.cõsi.clxxvj .& vide quæ posui post nouis.in.l.admonendi.in apost,ad Bar.in impressis de tortis. Alexan.consi.lxxviij .j.lib.domi.de Rot.decisio.ccccxxx.in antiquis.de probationibus.

a ¶ Sed.Et hanc opi.cõtra Bar,tenet etiã Bal.in.l.fi.in.xiij,col.in.v. qõ. & idem Sali.C.de edi.di.Adri.tollen.Angel.in.d.l.comparationes. & est de tertio loco.de proba.& quod ibi dixi.Et puto etiam sufficere sigillum priuatum ipsius contrahentis:dummodò sit certum: vt quia habet certos charactere vel literas. Appello enim illud authenticum in prejudicium ipsi⁹ contrahẽtis.Et idem si sit anulus habẽs characteres,vel literas:vt sentit hîc Inno.& facit. l. ij. C.de reb.alie.non alie.Aut non habet sigillum authenticum.& tunc secũdũ Bartol. vbi s.debet approbari per comparationem literarum.& idem dicit de libris rationum,ita q faciãt fidem,acsi essent confessata per.l.cõporationes.C.de fide instru.Illa enim lex nõ exigebat augmentum testium respectu scripturæ probandæ,sed solam comparationẽ. Quæ lex secundũ eũ,solũm fuit mutata in apochis, non in alijs scripturis.Ratio:quia epistola mittitur absenti.vñ non est quid imputetur,si nõ adhibuit testes.Si verò daretur præsenti,licet in modum epistolæ:idẽ esset dicendum,quod in apocha:vt dixi.s. Item q in libris rationũ nõ sit idẽ,quod in apocha, facit secũdũ eũ:qa facilius potest quis contrafacere vnã apochã, quã vnum librum rationũ.Insuper apocha fit præsenti,sed librũ rationum quis facit in absentia partis propria voluntate. Vult ergo in effectu,quòd epistola & liber rationũ probẽtur per solam comparationem literarũ,si negantur.¶ Et hanc opinio.Bart.sequitur simpliciter domi.Ant.hîc.¶ Sed[a] certè si bene põderetur tex.auf.de instru.caut.nõ patitur hãc restrictionem Bar.loquit enim indistinctè,& maximè in princip.vbi facit mentionem in genere de legibus permittentibus comparationem:& postmodũ subijcit rationem generalem cuilibet scripturæ priuatæ cõformem: dicens,q occasione legis pmittentis cõparationem sine augmento testium homines multũ adulterabantur documenta,adeò quòd semet ipsos ad immutationẽ literarum exercerent: ideò volens prouidere subiectis & obuiare falsitatibus statuit:vt sola comparatio non sufficiat:maximè,quia est probatio fallax propter similitudinem literarũ.Vnde solam rationem specialẽ induxit magis in apocha, quã in alijs: cũ facilius possit qs falsificare epistolã, q̃ scribit ad absentẽ,quã apochã:q̃ fit inter præsentes.Verũ ex quo tex.correctiuus loq̃ indistinctè:& rõ sua est vniformis,debet vniformiter intelligi.xxxj.q.j.quod si dormierit.& in.c.maiores.de bapt.Nec ob.si dicatur,quòd tex.in.§. si quis igitur.in vers.si tamẽ quisquã. videtur loqui de apocha,seu contrahente consultiuè: quia dico,q facit mentionem de contrahente consultiuè.Non enim potuit sic consulere ei, cui Epistola dirigitur:cùm non sit in sua potestate propter absentiam. Itẽ inquantum loqui b tur de contrahentibus, potest intelligi etiam de libro rationum:quia quandoq̃ contractus redigitur in libro rationum.ff.de eden.l.quẽdam.§.numularios. ¶ Insuper est aduertendũ pro opi.prædicta,quòd text.in.d.authenti. in correctione nõ fundat se super negligẽtia partis in non exhibẽdo testes:sed potius super malitia hominum, qui sunt proni ad falsitatem: & quia illa probatio est fallax. Et postquam hanc opinionem tenui,reperi Bartol .in dicta authentica , at si contractus .qui videtur hoc idem velle in Epistola. Dicit enim,quod negatur., debet probari, sicut apocha.& solùm videtur persistere in libro rationum : vt ibi sufficiat sola comparatio. æquitatem habet hoc dictum , licet iure non probetur.Debuit enim esse cautus à principio,quãdo contraxit cum illo:& sibi prouidere iuxta consilium illius authenticæ. & non se exponere fortunæ. Et sic cessat ratio Bartol. quòd non est quid sibi imputetur : quia imò est non dico tempore scripturæ libri,sed tempore,quo contraxit.& hæc bene notabis:quia per non discussa alios. ¶ † Venio ad tertiam speciem,[b] scili- 9
cet librum [c] rationum,in quo facio tria mem- b
bra. Aut quæritur,nunquid probat pro scribente: aut contra scribentem:aut contra tertium.Primo casu dic,quòd in dependentibus à voluntate sua probat secũdum omnes:vt in l.Nesennius.ff.de nego.gest.facit capitu.fin.de succes.ab intesta.Aut sumus in alijs:& reperio tres opinio.Vna quòd nihil probat.Idem no. gloss.hîc in fine. & in clementina.j .de vsur.l. c
exemplo.C. de probation. Hoc voluit Bartol. in.l.nuda.ff.de donatio.Idem clarius dixit in.l.admonẽdi.vbi clarè dicit,quòd nihil probat:sed notãter limitat,nisi fit scriptura alicu-

mente Iac.de Bal.in.§.fi.in auc.de instru.cau.& ista opi. etiã magis placet dño meo do.Ias.in.d.l.admonendi.in .xcviij.col. q quantùm ad comparationem literarum idem sit in Epistola,quod in apocha:vt nec ibi comparatio literarum plenam fidem faciat:& sic in vtroq̃ sit correcta.d.l.comparationes.Et ad istã materiã Epistoleq̃uam fidẽ faciat: vide qnod pulchrè & signanter decidit Spe.in titu.de obli.& sol.§.prænotandũ.in versi. ponemercator.& per Bal. in rub.C. de consti.pecu.in ij.colnm.versiculo modo quæro circa literas mercatorum.

SEB.SAPIA.

b ¶ Ad tertiam speciem. Vide Bald. in.l.cõparationes. C.de fi de instru. Ange.in.l.j.§.editiones.ff.de eden. Et an valeat cõsuetudo,q librismercatorum credatur vide Aret .in consil.xlv.incip.visis. vbi p̃supponit valere:sed vide Bar. Vero.in cõsil.xl. inci, lucius. in.vj. dubio . vbi dicit, q non valet talis consuetudo,q oĩ scripturæ mercatorũ credat: quia esset indiscreta,& tẽderet ad falsum committendum: quod etiam tenet Bal.in consil.cccxlix.incipiẽte: si hoc quæritur . in quinta parte. Andræ.Siculus in rubri.s .de consuet. co.pe.Alex.in cõsil.ij .incip. in cã & lite.col.ij.in secundo volu.Iaso. in. l. de quibus. columna decima septima.ff.de legibus.

c ¶ Scilicet librum. Vtrũ libris rationum sit adhibenda fides.& de hoc vide per Imo. in cle.j.in.x.colũ.de vsuris . Et de hoc an credatur libris rationũ,vide p Bal.& Salic.in.l.j.C.de eden.per Bal.in.l. rationes.C.de proba.& in rub.C.de fi.instru.in.xvij.col.ver.sequit videre de scripturis quorũdam officialium.& vide Ro.in.l.nuda ratio.ff.de dona.post Bart. Et adde inc̃tũ dicit,q liber defuncti,qui fuit bonus homo, facit aliqualem præsumptionẽ pro hærede.& idem tenet.d.Ant.hîc,in.v. col.& in.c.fi.j.de iureiur.Idẽ tenet Bal.post Nic.de mata. in.d.l.rationes. C.de proba.& facit quod dicit Bald.in.l.comparationes.in penulti.col.in princip.C.de fide instru.Intellige & limita,vt procedat in libro rationum defuncti habente formam debitam rationis: & sic continente data & recepta:secus si esset simplex scriptura vnius debiti tm̃:quia nihil probaret.Ita not.limitat Bar.post Nic.in.d.l.rationes.sequitur Pau.de ca.in.d.l .admonendi.in penul.colũ.& do.Alexan.hîc in duobus locis.f.xxviij.col.& in xxix.Et circa istũ primum casum vide omnino per.d.Iaso.de May.in sua not.repe.l.admonendi.ff.de iureiur.facientem regulam negatiuam cũ sex fallentijs,in.lxxxi ij.col.cum.vij.col.seq.

¶ Adde,an in libris rationũ sit danda fides,eundẽ Abb.cõsil.lj.j.li.&.cxij.lib.ij.Rom.cõsi.cccxlvj.& vide quod ibi vult Pau. de ca.cõsi.clj.Alex. consil.liij.ij.lib.Et quid de libris officialium: vide Alex.cõsi.lxxxj.ij.lib.

a ¶ Sed ego. Imò plus dico, q̃ ſi mercator negaret ſcripturã, quæ reperitur in libro rationum ſuarum ſua manu, vel ſua volũtate ſcriptam: nihilominus plenè probat contra eũ, ſecũdũ Nicol. de ma. quem refert & ſequitur Ioan. Andr. in. d. §. nunc dicendum. in addi. magna. poſita ſuper ver. priuatorum. in. v. colũ. de inſtru. edi. Ita expreſsè tenet Bald. Sed Ioan. Andr. nõ allega. in rubr. C. de fi. inſtr. in. xiij. colũ. ver. ſed hic q̃ro plenè. quod in libro merca. Lud. Roma. in. d. l. nuda. in penul. col. ff. de do. limitat, niſi pars tali libro rationum primò ex preſsè contradixiſſet: qa ſi poſteà in ſui fauorẽ velit ſtari tali libro cõtra ſcribentẽ, non eſt audiẽdus: vt in regul. ex eo. in. vj. Ita ſpecificè, & bene limitat Ludo. Ro. in. d. l. nuda. in iij. colũ. facit optimè quod in ſimili dicimus in materia poſitionũ. nã ex poſitione quã qs ſemel negauit, fundare ſe nõ poteſt: vt not. doct. in. c. j. de cõfeſ. in vj. Angel. & idem Ludo. Ro. plenè in. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de ver. oblig. Confirmat etiam dom̃. meus do. Iaſ. in. d. l. admonendi. p aliud bonum ſimile: qa ſi quis negat acta cauſæ, non poteſt poſteà ex illis ſe iuuare: ſecundum Bal. ſing. l. j. ad fi. C. de confeſ. Sicut in ſimili ſi reus negat contenta in libello eſſe vera: nõ poteſt poſteà ex illis ſe iuuare, ſecũdum Bald. in. l. cũ precum. & ibi no. Sali. C. de lib. cau. Bar. in. l. generaliter. §. nihil. ff. de acquirẽ. poſſeſ. in vj. col. Confirmat etiã ex eo, quod ſingulariter notat Bald. in. l. iij. in. ij. no. p illum tex. C. de repu. hære. vbi no. q̃ qui non acceptat exp̃ſsè verba aduerſarij; itẽ ſi diſsimulet: nõ poteſt ſe ex illis iuuare, quãto min⁹ in propoſito noſtro poterit ſe iuuare, ſi exp̃ſsè contradicit. Ad qđ vltimũ dicit eſſe videnda no. per Cy. in. l. j. ĩ. vj. q. & ibi per Salic. in. l. generaliter. C. de non nume. pecu. & in. l. iubemus. C. de li. cau. Floria. de ſan. Petro. in. l. fi. ff. de inter. actio. ¶ Secũdò limita dictum Bart. & Panormi. hîc in hoc ſecundo caſu: vt procedat in libro rationum, in quo continuè ſcribuntur per mercatores data & recepta. iuxta. l. ſi quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de edend. ſecus ſi ſit ſcriptum in aliquo memoriali, vel in aliqua ſchedula: qa dato, q̃ illa reperiant in libro mercatorum, tamen non probant contra mercatorem. Ita Bald. in dicta rubrica in. d. xij. colum. in verſicu. item dubitatur, vtrũ iſta ſcriptura. Idem in rubri. C. de conſti. pecu. ſequitur expreſsè Lud. Roma. in. d. l. nuda. in tertia columna. imò fortius ſubiũgit Bal. in dicta rubric. C. de fide inſtrumẽ. quòd etiam ſi reperiatur ſcriptum in libro mercatorum: ſed non ſit ſcriptũ in forma rationis: quia forma rationis eſt, q̃ contineat data & recepta. Nãſi contineret vnũ actũ tantùm, puta, vt quod vulgò dicimus vnã poſtam: ſi eſſet ſcripta ab ſente parte, non probaret contra ſcribentem. & ita tenet eadem Bal. in. l. rationes. in. j. col. ad fi. C. de probatio. & ſequũtur in ſimili Paul. & dom. Alexand. in dicta lege, admonendi. & do. Iaſo. in. lxxij. colũ. qui dicit, q̃ eſt diligẽter notandum.

¶ Adde, an libris mercatorũ credatur. Franc. Areti. conſil. xliij. & ſi ſtatutum diſponat quòd credat; an debeat intelligi etiã de his, quę non pertinent ad mercantiam: per eundem conſilio. xxxiij.

ius defuncti, qui fuit bonus homo, tunc facit aliquam præſumptionem: ita vt cum alijs adminiculis probet. Adducit. l. ratiões. C. de probatio. in eo, quòd dicit ſolas rationes non probare: quaſi dicat, quòd per ſe non plenè probent: ſecus cum alijs. facit. l. qui cum maior. §. penultimo. ff. de bonis liberto. ¶ Secunda fuit opi. quorundam, vt recitat Ioan. And. poſt Nicol. mat. in addi. prædicta, quòd ſcripturę etiã mercatorum, etiã pro ſe ſemiplenè creditur: vt ſit locus iuramento in ſupplementum probationis. Quæ quidem opinio communiter non placet doct. nec Cyn. in. l. inſtrumenta. C. de proba. Non enim poteſt plus operari ſcriptura vnius hominis, quã ipſius viua vox. ſed vox viua nõ poteſt inducere ſemiplenam probationem, cùm non admittatur in teſtimouiũ pro ſe: vt. xiiij. q. ij. in princi. &. iiij. q. iij. nullus idoneus. &c. Item abſurdum videtur, vt detur ſibi iuramentum: cum tunc tota probatio dependeret de authoritate ſua: & ſic idem bis cõputaretur: & faceret maiorem fidem in facto proprio, quã in facto alieno. ¶ Tertia eſt opi. prædicti Nico. qui dixit, quòd cum alijs adminiculis probat pro ſcribente, per. l. inſtrumenta. præalleg. Illa tamen lex poſſet intelligi alio modo: vt ibi not. Cyn. ſcilicet, quando inducitur inſtrumentum domeſticum contra ſcribẽtem. Tene opi. Bartol. quam videtur hîc ſequi d. Anto. Nec eſſet malum dicere, quòd etiam pro viuente faciat qualemqualem fidem ſecũdum qualitatem ſcribentis & cauſæ: quia non eſt veriſimile, q̃ bonus mercator debeat ſuum librum falſificare: maximè pro modica quantitate. argu. c. ad audientiam. de præſcrip. & in. l. rationes. de fid. inſtru. quæ licet loquatur in libro defuncti: tamen eadem ratio eſt in viuente ratione prędicta. ¶ † Secundo caſu, nũquid 10 b faciat fidem contra ſcribentem? Bar. in. d. l. admonẽdi. ſimpliciter dicit, quòd ſic, per. l. quædam. §. numularios. ff. de edend. & ſimpliciter ipſum ſecutus eſt do. Anto. hîc. Sed idem Bar. latius hoc aſſumpſit examinandum in. d. l. nuda. Nam videtur huic dicto obſtare. l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & c. fina. de confeſſ. cum ibi not. Nõ enim valet confeſsio etiam viua voce abſente parte facta: licet per notarium ſit redacta in actis cauſæ. ergo fortius non debet valere, quando in ſtatione ſua in abſentia partis, quis ſcribit librum ratiõis. Soluit Barto. quòd in contrario fuit ſimpliciter confeſsio: licet eſſet redacta in ſcriptis per alium: & per notarium cauſæ. Sed in caſu noſtro fuit ſcriptura, quæ ſemper loquitur: ideò nunc, cum peruenit ad te, tibi loquitur: ſicut Epiſtola, quã tibi mitto. Et de Epiſtola, quòd faciat fidem probatur in. d. l. Publia. in fine. & ex hoc dat vnam reſtrictionem. dicit enim ſe putare, quòd ſi in libro rationum quis fecerit ſcribi per alium, hoc non probat contra ſe, ſi fuit hoc actum abſente parte, ſicut in confeſſione in iudicio facta parte abſente, & in ſcriptis redacta. d. §. ſi quis abſente. quod dicit notandum. Sed Bald. quem ſequitur domi. Ang. de Peruſio impugnat hoc dictum, ſcilicet primum: dicens quòd aliud in Epiſtola, quæ mittitur ad abſentem: quia ſic mittendo voluit in partis præſentia confiteri: vt. d. l. Publia. Sed liber conficitur in abſentia ad inſtructionem ſcribentis: nec habuit animum confitendi in partis præſentia: ideò illa confeſsio non deberet valere. Ioan. Andr. poſt Nico. Ma. ſequitur primum dictum: vt faciat fidem contra ſcribẽtem. allega. l. de ætate. §. j. ff. de inter. acti. quæ tamen non multum facit: quia loquitur in cõfeſsione facta in partis præſentia. ſed ego a, cui a placet illud dictum, allego text. not. in cle. vna. de vſuris. iuncta gloſſ. notabili in verſic. rationum. Nam liber ibi producitur, vt fidem faciat contra ſcribentem. nec eſt ſpeciale in hoc contra vſurarium: quia eius cõfeſsio viua ſibi non præiudicat, ſi in abſentia partis confeſſus fuerit: vt not. in. c. ij. de vſuris, libro ſexto. Nec fecit ſibi librum ratione officij: quia tunc de iure etiam fuiſſet compulſus: vt dicta. l. quædam. ff. de edendo. & dixi in. c. primo. de probatio. Sed fecit ad ſuam inſtructionem, & nihilominus probat contra eum. Solùm enim inducitur ibi ſpecialitas: vt compellatur edere proprias rationes: vbi aliâs nõ compelleretur: vt in capitulo primo. de proba. cum ibi not. Nec debemus dicere, quòd ſit alia ſpecialitas: ſcilicet reſpectu probationis contra vſurarium: tum, quia duæ ſpecialitates non debent concurrere circa idem. l. j. C. de dotis promiſſ. Tum quia hoc non colligitur ex illo text. & apertè ſentit hoc ibi gloſſ. & facit gloſſ. in. l. inter chartulas. C. de conueni. fiſci debi. libro decimo. ¶ Sed nunc vltra alios moueo tibi dubium: pone, quòd liber rationis aliquid contineat pro ſcribente, aliquid cõtra: & ſic factum b concernens eandem perſonam: b nunquid poſſit illa perſona approbare librum, quatenus facit pro ſe: & nolle ſtare, quatenus facit contra ſe. Pone enim in facto, quòd mercator ſcripſit in libro ſuo, quòd Titius depoſuit penes ſe certum: poſteà ſcripſit, quòd ex illis reſtituit ſibi quinquaginta, vel quid ſimile: dico, quòd poteſt approbare pro ſe, & nolle ſtare, quatenus facit contra ſe. de quo videtur textus, ſecundum communem lecturam: quam etiam ſequitur Bartol. in. l. Publia. §. finali. ff. depoſit. & licet loquatur in Epiſtola: tamen eadem ratio eſt in libro. Idem Bartol. in alia ſcriptura. in. l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de liberis legatis. & per Cynum in. l. j. C. de confeſsis. Non b tamen pro ſe, ſicut dicimus in confeſsione viua voce emanãte in diuerſis orationibus. Pro hoc facit, quia licet quis poſsit teſtificari contra ſe, non tamen pro ſe, decimaquarta, quæſtione ſecunda. in princip. & hoc tene: licet do mi. Cardin. aliud ſenſerit in capitul. bonæ. ij. de poſtula. Prælato. per capi. cùm olim. de cenſibus. Sed iſtud poteſt intelligi in inſtrumento publico. & dic, vt ibi nota. per Innocentium. 11 ¶ † Tertiò caſu principali, nunquid faciat fidem liber rationis contra tertium? dicit Bart. in. d. l. nuda. quòd aut liber fuit, confectus authoritate

SBB. SAPIA.

b ¶ Eandem perſonã. Vide Rapha. Cuma. in cõſilio cxxxvj. incipiente viſis inſtrumentis. column. ij. vbi vult quòd ita demum liber rationum probat contra ſcribentem, dummodò etiam fides adhibeatur, verſa vice his, quę ſunt pro ſcriben-

te. contrarium consuluit Roma. in cõsi. cccxlvj. inci. in hac causa. sed Matthe. in no. lxxxviij. inci. no. mirabilem doctrinam. distinguit vt ibi per eũ. vide etiam Alexand. in cõsilio. clxxxij. incip. lectis. in tertia col. in secundo volumine. vide etiam Fulg. in consi. cxxxvj. vbi ponit, an probet pro scribente quando stripsit in libro alterius. Et Pau. de ca. in cõsil. cccl xxxv. incipien. in causa arbitrali. secundũ antiquam impressionem.

a ¶ Publici. An hodie adhibeatur fides libris campsorum. vide quod super hoc scribit Bal. in rubri. C. de fide instr. in. xiiij. &. xv. colum'. & de libris mercatorum vide per Bal. in suo tract. constitu. in. iij. colũ. & vide dominũ Anto. in capit. si cautio. in. iiij. colum. verfic. ex his decidit. j. eodem. & vide quę latissimè scribit Bald. in. c. fi. in penulti. & vlti. col. de confess. adde quòd si statutum dicit q adhibeatur fides libris mercatorũ, intelligit de spectantibus ad suã mercantiam, secundum Bald. in l. fi. C. ad mace. p quo facit tex. in. l. iij. §. eo. modo. ff. nautæ cau. sta. & in l. si quis ex argentarijs. §. rõnem'. ff. de eden. item de. q. hîc posita p do. Ant. in terminis vide latissimè per Ro. post Bar. in. l. nuda. ff. de do. in. iij. co. versi. vij. inquãtum. & Bar. in. l. quædam §. nummularios. hîc alleg. vbi etiã ponit an adhibeatur hodie fides libris gabellariorũ. & vide Bald. in. l. cunctos populos. in lec. in pe. char. ver. vlti. quęritur. C. de summa trini. vbi dicitur q valet statutũ q credatur scripturæ campsorũ vel mercatorum tanquam instrumento publico.

¶ Adde an hodie detur fides libris campsorum. Ioan. de ana. consi. liij.

a thoritate publici[a] officij: sicut olim faciebant nummularij & facit fidem. vt. d. l. quædã §. nũmularios. ff. de eden. facit. ff. de administratio. tut. l. lucius §. tutelę. Si verò non est cõfectum ratione publici officij: & tunc non facit plenã fidẽ: vt no. in. d. §. nũmularios. supple nisi hoc habeat consuetudo. pro hoc cap. cum dilectus. j. eodẽ. dicit tamẽ quòd cũ hodie campsores & mercatores qui iurant in arte sua succedant in locum illorum qui erãt officiales publici licet non habeant hodie officium publicũ: dicendũ est vt eorũ libris sit credendum quo ad semiplenam probationem si sunt homines probati & bonę fidei & famę: per notata in. d. §. nummularios. & sic potest intelligi secundum aliũ intellectum glo. in. d. l. admonendi. & in dicta l. in bonę fidei. quæ dicũt quòd priuata scriptura facit semiplenam probationem. Et notabis singu. hunc intellectũ ad illas gl. nã suprà dedi alios intellectus. Et hanc opi. approbat idem

b Bart. in. d. l. admonendi. [b] maximè cũ hoc habeat consuetudo, quæ in talibus multum est attendenda. vt no. Inn. in. c. s̃. proxi. probatur in. d. c. cum dilectus. ¶ Et aduerte, quia Bart. loquitur de his mercatoribus, qui sunt approbati in eorum arte: secus videtur, vbi quis propria authoritate assumit sibi artem. tũc enim nõ debet facere semiplenã in præiudiciũ alterius: cum sit omnino priuata persona. ¶ † Sed

12 quæro, an iste liber debeat habere diem & cõsulem. vide Ioã. an. [c] in addi. prædicta, vbi post

c Nico. dicit, q quatenus producitur cõtra scribentem, nõ est necesse, q habeat dictas solennitates, vel similes, sed quatenus præiudicat alteri debet habere suas solennitates: quia æquiparatur scripturas argentariorum: vt. s̃. dixi. Itẽ

d debet continere ex qua causa [d] recipit, vel expẽdit, & similia: non tn̄ requiritur, q habeat testes inscriptos: sicut nec illi argentarij ad hoc arctabantur. Itẽ dicit, q isti possunt per alios [e]

e libros scribere: sicut hodiè cõis vsus habet: & ipsi videntur scribere, quorum nomine scribitur. ff. de reg. iur. qui per aliũ. ff. de admini. tut. l. ita §. gessisse. Et idem in tutoribus & curatoribus. quod no. ¶ † Postremò in hac materia

13 quæro, qualis debet esse scriptura, ex qua fit cõparatio. Solu. habemus quo ad propositum duplicem scriptutam. Vnam ad quam probandã fit cõparatio, de hac qualis debeat esse, & qualiter probetur, satis plenè. s̃. dictum fuit. Alia est, ex qua fit comparatio. i. quę producitur ad comparationem faciendam cum illa, quæ negatur: & ista debet habere vnam ex quinq; qualitatibus, quæ enumerantur in. l. comparationes. iuncta aut. ad hæc. C. eo. vt fit scriptura publica, vel facta in iudicio: vel chirographũ priuatum cũ subscriptione triũ testiũ: ita vt prius sibi fides imponatur. vel producta ex archiuo publico: vel aduersarius met tanquam propria ea vtatur in iudicio. Ex alia verò scriptura nõ potest fieri comparatio secundum glo. & Bar. in. d. aut. ad hæc. & in aut. si cõtract[g]. ¶ Et hoc facit ad notabilem quęstionem, nũquid deficiẽ

f te scriptura [f] qualificata modo prædicto possit iudex negantem compellere ad scribendum de nouo: vt sic possit fieri cõparatio? Bar. in. d. aut. at si contractus. tenet, q non, per tex. in. d. l. cõparationes. iuncta gl. in ver. licet in semetipsum. & gl. i. d. authen. ad hæc vbi videtur innui, q extra casus prædictos nõ fit cõparatio, etiam si pars cõfiteatur suam esse scripturam. Domi. Cardi. dicit, q vtrunq; dictum est contra tex. illius. authen. de instrumen. cau. §. si quis igitur. Nam quando pars confitetur suam esse scripturam, illa habet vim publicæ, quantum ad comparationem fiendam, & in præiudiciũ scribentis: & quòd possit cõpelli ad scribendum & tenendũ: secundũ eum ad faciliorem

c expeditionẽ iudiciorum: sicut interrogat partes in quacunq; parte iudicij, vt in. c. cũ Ioãnes j. eodẽ. & l. vbicunq;. ff. de interrogato. actio. ¶ Ego idem puto. latius tn̄ materiam explican-

d do, quã ipse faciat. Nã fateor, q ex leg. C. scilicet. l. comparationes. C. de fide instrumen. non fiebat comparatio ex scriptura priuata: nisi haberet subscriptionem triũ testium: sed postea superuenit Authen. de his, qui ingre. ad appel. §. illud. collatione. v. quæ disponit, q si pars vtitur sua scriptura, vt propria: põt ex illa fieri cõparatio: & sic tacitè innuit, q vbicunq; certũ est scripturam esse propriam, potest ex illa fieri cõparatio. Hinc postea superuenit authẽ. de instru. cau. vbi narratur, q quidam exorta dubitatione fuit compulsus ad scribendũ: vt sic posset deueniri ad comparationem, quasi innuat dubitatum esse, quem posse compelli ad scribendum. ¶ Item adduco duas alias ratiões extrinsecas. Prima, q lex non debet esse imposita verbis, sed rebus, in. c. cõmissa. de elect. lib. vj. Ad quid ergo exigi debet subscriptio testiũ: vel quòd pars vtatur in iudicio, ex quo certum est, q ipse illã scripturã fecit. Istæ em̄ solẽnitates, seu qualitates, requirunt vt liqueat illã scripturã esse propriã: quæ cessare debent, ex quo clarius liquet eã esse ꝓpriã: vt quia cõfitetur, vel scribit in præsentia iudicis. de appellationibus. c. cum cessante. Et frustra fit per plura, qd̃ expediri põt p pauciora. Non em̄ debet ius vti superfluis remedijs. l. hæc stipulatio §. diuus. ff. vt lega. no. ca. & in cap. sicut. de probatio. & qd̃ ibi dixi. ¶ Secunda ratio magis vrgens: video em̄ q iudex cõpellit partem ad respondendum cium. Et idem Bal. in rubri. C. de fide instru. in. xvj. col. dicit, q mercatores & campsores hodierni temporis, habent magnam similitudinem cum illis numularijs antiqui temporis. Et idem do. Bal. in. d. l. instrumenta. & Salic. in. l. j. in vlti. col. circa medium. C. de edendo. Sed Imol. in. l. nuda ratio. ff. de do. in vlti. col. circa medium reprobat istam opinionem. prout optimè refert do. meus. d. Iaſ. in. d. repeti. l. admonendi. in. xcv. col. cum seq. Et communis opin. est, q liber rationum mercatoris, vel cãpsoris iurati, vel matriculati semiplenam probationem facit ꝓ tertio contra aliũ secus si non iuratus. Limita tamẽ nisi persona mercatoris esset infamis, vel aliter suspecta. Secundò, quãdo esset liber continens formã rationis, & sic recepta & data: sec[9] si vnam' postam tantùm. Tertiò in spectantibus ad eius exercitium, & non aliter.

c ¶ Io. An. Idem tenet do. Anto. hîc in. v. col.

d ¶ Ex qua causa. q liber rationum debeat continere causam debiti, ad hoc, vt probet cõtra scribentem. vide omnino Bart. in. d. l. nuda. in. j. col. in fi. & se. ibi Ludo. Rom. in. j. col. tribus modis pulchrè limitantem Specu. in tit. de confes. §. nunc videndum. in ver. sed quæ est ratio & versi. seq. Bart. & Bald. in. l. scripturas. C. qui po. in pig. habe. Bal. in. l. instrumenta. C. de probationibus. tex. & doct. in capi. si cautio. hoc eodem titulo. textũ in. l. nõ solùm. §. an debitor. & ibi Bart. ff. de pecu. & Ang. de Are. in. §. actiones autem. de pecu. in. ij. col. vltra medium. in versi. sextò præmitto de actionib[9]. Bal. in rub. C. de fide instru. in xiij. colum. versi. sed quæro: si in libro mercatorum. &c. Subdit tamẽ ibi no. Bal. quòd isto casu sufficeret coniecturalis probatio causæ propter scripturã libri rationum, vbi alias oportet probari de vita causa.

b ¶ L. admonendi. Idem tenet do. Anto. in. c. fi. j. de iu eiur. Idem tenent Ia, Bu. & Nico, vt refert Bal. in. d. §. nummularios. nisi scribens esset persona suspecta. Idem ibi sequuntur Moder. Pau. de cast. & do. Alexan. Pro ista opi. bene facit, quod dicit Bal. in rubri. C. de constitu. pe. in pe. col. vbi dicit, q mercatores hodierni temporis, quamuis non habeant publicum officium, prout olim habebant argentarij, gerunt tamen quasi publicum offi

e ¶ Per alios. No. q nõ refert an liber rõnũ sit scriptus manu ꝓpria: an p suos stactores: vel aliũ: vt plenè ꝓbet cõtra scribẽtẽ. Et idẽ. d. Ant. ī. v. co. & idẽ no. bal. ru. C. de fi. īstr. ī. xxvij. co. ī ver. sed hęc qõ, pone q ī li. mercat o.

f ☞ SEB. SAPIA. ¶ Deficiente scriptura. Vide Bald. in aut. si quis vult.

ad finem. C. quipo tiores in pigno re habeãtur. & in d.l. cõparationes. col. iiij. C. de fide inſtrumen.

a ¶ Sigilli. No. hîc pleniſsimè mate riam ſigilli. Quã autem probatio nem faciat, ſeu in ducat ſigillũ: vide pleniſsimè per In noc. in c. j. in .ix. colũ. ſuper glo. in ver. literis. de pro cura. & Ro. in re pe. l. admonendi. in. xvj. col. de iure iur. Et de iſta ma teria vide plenè per Pau. de leaza. in. d. c. cũ dilectus j. eo. & in ca. ter tio loco. de ꝓbat. ¶ Adde Ro. con ſilio. cccliij.

SEB. SAPI A.

a ¶ Sigilli. Vide Alex. in .l. pacta nouiſsima. poſt glo. ibi. C. de pact. Feli. in. c. poſt ceſ ſionem. s̃. de pro batio. vbi latè de materia ſigilli. Ro ta. dec. vij. incipi. non creditur. de proba. in antiquis & dec. vij. incipi. vtrum credatur. in tit. de offi. dele ga. in antiqs. Car di. in cle. j. in prĩc. de ꝓcurator. Bal. in. l. ſi quis per ca lumniam. col. fin. verſic. quærit hîc Gul. C. de Epiſc. & cleri.

poſitionibus alterius partis ad releuandum illam ab onere probandi, in. c. ij. de teſtib. lib. vj. & cle. ſæpe. de verbo. ſignifica. cum ſimilibus, ergo fortius debet poſſe cogere ad ſcribendũ vt fiat, cõparatio. & dicit hîc do. Cardi. ꝙ ipſe Barto. mutauit in hoc opi. ſuam, vt reperit in quibuſdam ſcriptis ſuis. & certè ſi non mutauit debuit mutaſſe ꝓ prædicta. quod notabis. Et ex prædictis potes colligere multas ſpecies ſcripturæ authenticæ. ¶ Nũc venio ad ſecũdũ
14 principale dictũ huius capituli, videlicet ad
a materiã figilli[a], ex qua reſultabunt ſpẽs aliquę ſcripturæ authẽticæ: & omittã hîc, quæ notauit Inn. s̃. c. proximo. & hîc, an & qñ credat ſi gillis prælatorũ, quia plenè dixi in. c. poſt ceſſionẽ. s̃. de ꝓbatio. Sed reliquã materiã ſigilli hîc tactã per eũ breuiſsimè cõcludã ꝓ quinque qõnes. Prima ſit, quale debeat eſſe ſigillũ: vt fidẽ faciat. Secũda, an ſufficiat ſigillũ eſſe chartę impreſſum: anverò requrat, ꝙ ſigillãs exprimat ſuũ ſigillũ appoſuiſſe. Tertia, an poſsit qs ſigna re alieno ſigillo, ſeu anulo. Quarta, an Eps poſ ſit alicui pſonæ ſigillũ ſuũ cõmittere, vt vice ſua ſigillet. Quinta & vltima, an ſigillũ appoſi tũ ſchædulæ ſeu quartæ vacuæ data cõmiſſario poteſtate poſteà ſcribendi, faciat fidẽ reſpectu ſcripturæ poſtmõdũ factæ. ¶ Quo ad primã cõcludo poſt Inn. ꝙ ſigillũ debet habere certos characteres: vt ſic poſsit cognoſci, vl certas literas legibiles, cũ aliter nõ ꝓbet: vt in ca. inter dilectos. j. e. cũ alia verò re: puta corri gia: q̃ nõ ſit diſpoſita ad ſignãdũ, vel ſigillãdũ ſigillari nõ põt. Ad hæc. l. ad teſtiũ. §. ſignũ. ff. de teſt. c. ſignificauit j. de ap. Itẽ debet eſſe authẽti cũ: puta Epi, vel alterius magni viri: & hoc qñ ꝑſtat authoritatẽ ſcripturę principal'r: puta, qa ſigillat in facto aliorũ: & ita loquit hic. Si verò nõ præſtat authoritatẽ principaliter, ſed ſecũdariò: qa ſigillat vt teſtis, tũc ſufficit ſigillũſuũ priuatũ apponere dũmõ ſit certũ mõ ꝓdicto. d. l. ad teſtiũ §. pe. & ff. quẽad. teſta. aperi. l. ij. cũ ibi notatis. Idẽ eſt, ſi contrahẽs obligat ſe ſigillo ꝓprio, licet priuato. ff. depoſi. l. publia. l. ij. C. de reb. alie. nõ alie. & s̃. dixi. Et quod dictũ eſt de ſigillo, idẽ eſt in anulo, dũmõ ſit ſculptꝰ ad modũ ſigilli mõ prędicto. Nã nõ eſt fienda viſin noĩbus. arg. de procurator. petitio. Nam ſecũdũ Inn. quod nos vocamus ſigillũ, ius ciui le appellat anulũ. & hodie multi tales anuli reperiunt. & vide bo. tex. in. c. in noie pris. lxxiij.
15 diſt. ¶ † Ad ſecũdã qõnẽ, an ſufficiat ſigillũ eſ ſe chartæ impreſſum? Inn. ponit duas opiniones. Prima, vt nõ ſufficiat niſi is qui appoſuit, dicat ſe appoſuiſſe. arg. ff. de teſti. l. pe. & C. de teſta. l. ſi vnus. & l. hac cõſultiſsima. ¶ Secunda opi. cui videtur ipſe Inn. inhærere eſt, vt ſufficiat, ſi in charta cõtrahẽtiũ & loquẽtiũ cõtẽto rũ ſigilla apponantur, etiã ſi nõ exprimãt, ꝙ ſigilla ſua appoſuerũt. C. arbi. tute. l. fi. & j. eo. c. inter dilectos. Hoc tamẽ limita verũ, ſi talia ſunt ſigilla, quibus credendũ eſt: vt ſigilla Epõ rũ & inferiorũ prælatorũ ſaltẽ in his, quæ ſpe ctant ad iuriſdictionẽ ſuã reſpectu iſtorũ infe riorũ. ¶ Credo, ꝙ in hoc Inn. nõ loquat'ꝓfectè vñ diſtinguo ſic, ꝙ aut ſigilla inſerta ſunt ipſorum, quorũ noĩe fiunt inſtrumenta: & ꝓcedit hæc ſecũda opi. Nã pręſumunt appoſita ad p̃bendã fidẽ ſcripturæ, & de cõſenſu ipſorũ: niſi aliud probetur: vt in. l. ij. C. de reb. ali. nõ alienan. & in. c. tertio loco. de ꝓbationi. Et hoc caſu nõ requiro ſigillũ authẽticũ: ſed ſufficit priuatum ipſorũ cõtrahentiũ, vt s̃. dixi. Aut ſunt ſigilla aliorũ, & procedat prima ȯpinio: vt nõ ſufficiat appoſitio ſola: ſed oportet, ꝙ ipſi contrahentes vel is, cuius eſt ſigillũ atteſtentur ad quid illud ſigillũ fuit appoſitũ: aliâs præſumit adulterinũ in dubio & falsò appoſitum: cũ in dubio ſigillũ debeat cõgruere dignitati ſigillãtis, & materiæ deſcriptæ in charta ſigillata: vt apertè probatur in. c. inter dilectos j. e. & facit
16 quod dicã in ſequenti qõne. ¶ † Ad tertiã qõnẽ
dicit Inn. ꝙ ſi quis habet ſigillũ ꝓpriũ: tũc ipſo & non alieno ſigillare debet: alioquin nõ prodeſt, niſi ex cauſa fiat, vt ſequit'. Nec mirũ, quia nec ꝓpriũ prodeſt: ſi ad aliud officiũ eſt deputatum, vt in. d. c. ſignificauit. de appellationib⁹. Si aũt nullũ ſigillũ propriũ habet, vel nõ habet præ manibus: vel nõ põt aliud haberi de facili, tunc poteſt vti alieno ſigillo: debet tamẽ expri mere ſecundũ eum, cuius ſigillo ſignat: & quare alieno. Et potiſsima ratio eſt, vt videlicet di ſcerni poſsit quo, & à quò, & ex qua cã ſignatum eſt inſtrumentum. Nam ex multis & diuerſis cauſis apponuntur in literis ſubſcriptiones & ſigilla. Quandoq; enim in ſignum cõſenſus. xij. q. ij. c. ſine exceptione. & s̃. de procura. c. j. Quandoque in ſignũ teſtimonij. ff. de pig. actio. in. l. cuius. Quandoque in ſignũ authoritatem præſtantis. xij. q. ij. ſacrorum. & c. cũ redemptor. Quandoque in ſignũ cõfirmationis: vt j. eo. inter dilectos. & multis alijs ex cauſis. b ¶ Ex quo infertur ſecũdum eũ, ꝙ ſemper debet exprimi, cuius eſt ſigillũ, & à quo apponitur, & propter quid apponitur. Et notabis hęc verba, quia quotidiana. & faciunt ad ea, quę dixi in præcedenti quæſtione. Dicit tamen Inn. quòd ſi in litera hæc non ſpecificarentur, non habent vitiare: dũmodo ex alijs circunſtantijs poſsint hæc deprehendi. Epiſcopus tamen ſigillando cũ ſigillo eccleſiæ, nõ intelligitur vti alieno ſigillo, ſecundũ Inn. quod no. alleg. c. in nomine patris. lxxiij. diſt. & vij. q. j. c. ſcire. Quod ego intelligo, qñ eſt ſolitus cũ illo ſigillare. ſecus ſi tantũ capitulũ cum illo ſigillat. ar. in. c. ſi
17 gnificauit. de appellatio. ¶ † Venio ad quartã
b quæſtionem, in qua dicit Inn. Epm[b] poſſe alicui honeſtæ perſonæ ſigillũ ſuum cõmittere, & ſecundum poteſtatem ſibi datam poterit is, cui fit cõmiſsio ſigillare de his, quæ pertinent ad Epiſcopum: puta cauſas cõmittere, citare, & cõfirmare, & generaliter omnia alia, quæ ſibi cõmiſſa ſunt, poterit expedire & ſigillare, etiam ſi prælatus, cuius ſigillũ eſt, eas nõ viderit ſigillare. Sic enim videmus Papã vti j. de cri. fal. c. dura. & multos alios prælatos. dicit tamen, ꝙ in cõtractibus aliarum perſonarum, non debet nomine Epiſcopi ſigillũ teſtimoniale apponere: niſi & ipſe Epiſcopus interfuerit ipſi cõtractui: cũ teſtimoniũ ſit tantũ de viſu & auditu, & de his, quę teſtis nouit. iij. q. ix. c. teſtes. & ſic loquitur auth. de tabel. §. nos autem credimus. Si verò haberet conſuetudo, vt is, qui habet ſigillum, talia inſtrumenta ſigillaret, etiam abſque ſcientia epiſcopi. nõ damnat Inn. cõſuetudinẽ nec etiam Hoſt. Nã videtur hoc fieri nomine ipſius, cuius eſt ſigillũ. & hoc notabis: maximè in eo, quod Inno. ſentit ſigillum Epi dare authoritatẽ inſtrumẽtis ſup cõtractibus & ſimilibus: licet

Ratio: quia fides tabellionis ęquiualet duob⁹: vt in. c. quoniam contrà. de proba. Ipſum verò inſtrumentum valet tãtùm, quantum duo teſtes. Hinc eſt, quòd habes duos teſtes inſcriptos ad minus. ad hoc. l. in exercendis. C. e. ſed reprobatio debet fieri per plures, ſeu ſaltẽ meliores: vt in. c. in noſtra. §. de teſti. ergo requirũtur quinq;. Nec ob. iſte tex. vbi fuerunt ꝓducti quatuor tãtùm: nec dicitur, quòd erãt meliores: quia ſecũdũ glo. iſti teſtes nõ reprobãt inſtrumentum, ſed addebant, quod notarius omiſerat. & habes nunc glo. declaratam. ¶ Ex qua no. primò, quòd inſtrumentum quantũcũque authenticum poteſt reprobari prætextu falſitatis. Intellige, quando dicitur inſtrumẽtũ ex toto falſum: ſecus ſi dico aliqua in eo cõtenta falſa: quia tunc aliquãdo non admittitur reprobatio: vt qñ inducitur præſumptio iuris & de iure: vt in caſu. l. finalis. C. arb. tu. ſcilicet ſi vult reprobare confeſsionẽ ſuã. & in caſu. l. antiq̃. C. advelleia. Et dic de his, vt ibi no. Per hoc reprobatur ſecũdũ Ioã. An. opi. Lau. Cremeñ. qui dicebat per teſtes non reprobari inſtrumentum, niſi eſſet ſuſpectũ: vel ex parte conficientis, vel ex parte ꝓducentis. Reddebat rationem: quia memoria hominis labilis eſt: nec communiter teſtes ſunt intenti, ſicut tabellio: quare plus creditur inſtrumento ſecũdũ eum: ſed minus bene locutus eſt: vt patet hîc, & j. latius. ¶ † Secundò not. quòd quando teſtes addunt ad inſtrumentum ſufficiũt duo. ¶ Tertiò not. quòd quando reprobãt, requirũtur quinque, vel quatuor ad minus. Et hæc eſt vna opinio: ſunt & aliæ opiniones, quas j. videbis. Sed vt habeas clarè materiam difficilem hîc prolixè tractatam per doctores: cum quæritur de reprobatione inſtrumenti fienda per teſtes, ſcias q̃ quandoq; contra inſtrumentum producuntur teſtes in inſtrumento non deſcripti: quandoq; hi, qui ſunt deſcripti. [a] Primo caſu multæ reperiũtur opinio. ſed recitabo principaliores: vt magis eluceat materia. ¶ Prima eſt opi. vt incipiam⁹ à gloſſatore noſtro, quòd requirũtur q̃nque vel ſaltem quatuor. & idẽ tenuit in. c. iij de prob. §. vidiſti rationem ſuã. ¶ Secunda fuit opi. Accur. in. l. in exercendis. præal. qui dixit, quòd licet duo reprobẽt inſtrumẽtũ priuatũ. C. de cõtrahen. & cõmit. ſtip. l. optimã. ad reprobãdum tamẽ inſtrumẽtũ publicũ requiruntur ad minus tres: quia inſtrumẽtũ valet tantũ, quãtũ probatio duorũ ad minus vt. d. l. in exercẽdis. ergo oportet quòd reprobatio per teſtes ſit plenior. Et pro opi. Accur. facit iſte tex. dũ dicit triũ, vel plurium. ¶ Tertia fuit opinio, quæ recitatur in Specu. e. ti. §. reſtat. verſi. ſed pone. quæ attribuitur Azo. quòd ad directam reprobationẽ inſtrumenti requiruntur tres. Ad indirectam per modum, de quo. §. de teſti. c. ex tenore. C. de contrahen. ſtip. l. optimã. ſufficiunt duo. & facit quod no. inſti. de inuti. ſtip. §. item verborum obligatio. in gl. not. quod dies. ¶ Quarta fuit opi. Odoff. qui dixit, quòd vbi cauſa talis eſt, in qua requiruntur plures teſtes: vt in teſtamẽtis, codicillis, & ſimilibus, per plures teſtes quàm cauſa requirat, debet fieri reprobatio. Vnde teſtamẽtũ reprobabitur p̃ octo: codicillus p̃ ſex; reliqua verò vbi ſufficiũt duo, reprobãtur p̃ tres. ¶ Quinta fuit opi. Nico. de Mata. in ſuis diſpoſitionib⁹, q̃ dixit hoc eſſe arbitrariũ: vt videat iudex, cui magis ſit adhibẽda fides. Tãta eñ poſſet eſſe p̃ſumptio ꝓ inſtrumẽto ex nimia legalitate notarij, vel alia de cã quòd p̃feret inſtrumentũ teſtib⁹. ad hoc facit litera hęc dũ dicit: nõ tñ quodlibet inſtrumẽtũ. ¶ Sexta fuit opi. quorũdã quos recitat Inno. hîc, q̃ dixerũt quòd in facto ꝓpinquo magis credit teſtib⁹: in antiquo verò remoto magis credit inſtrumẽto. ff. de proba. ſi arbiter. ff. de Carb. edi. l. iij. §. duę. ¶ Septima eſt opi. Inn. q̃ tenuit, quòd inſtrumẽto quãtũcũque publicè cõfecto, & quãtũcũque teſtes habeat inſcriptos, derogat ꝓ duos teſtes: vel ad pl⁹ p̃ tres, q̃ ꝓbãt cõtractũ, de quo loq̃tur inſtrumẽtũ, nõ fuiſſe celebratũ illo tẽpore, & illo loco, & inter illos, de q̃bus loq̃tur: cũ ꝓbẽt ipſos, vel eorũ alterũ adeò remotos fuiſſe ab illo loco, illo die, quòd impoſsibile eſt eos tunc ibidẽ fuiſſe & cõtraxiſſe: vt in. l. optimã. C. de contrahẽ. & cõmit. ſtip. &. §. de teſti. c. ex tenore. Hanc opi. videt ſequi Spe. in ti. e. §. reſtat. ver. ſed quæro. vbi remittit ad hoc dictũ Inn. & Io. hîc. Monẽtur oẽs iſti: quia inſtrumẽtũ nõ habet fidẽ, niſi ab officio & authoritate notarij, cui iuſtũ eſt dictũ duorũ p̃ferri. Hoc verũ, niſi inſtrumẽtũ p̃ teſtes inſcriptos, vel aliosviua voce iuuetur. in auth. e. ti. §. ſi tñ q̃ſquã. &. §. ſi verò moriãtur. & ſequẽti. Tũc eñ req̃rũtur plures, quàm viua voce deponẽtes ꝓpter authoritatẽ inſtrumẽti & teſtiũ viua voce deponentiũ. Et p̃ hac opi. videt caſus ſecũdũ Io. An. in. c. cũ à nobis. §. de teſti. Si intelligat quòd ibi dicit teſtiũ adminiculo, ſcilicet viuę vocis. Nec obſtat, q̃ ibi loquit de ſcriptura iudicis: q̃a ibi notarij vocãtur iudices: vt ibi no. ſecũdũ vnũ intellectũ. Itẽ negari nõ põt ſecũdũ Io. an. quin duo teſtes vacillare ſaltẽ faciũt inſtrumẽtũ, & fidẽ ei⁹. Nam hoc facit cõparatio literarũ, q̃ minor eſt, quã aſſertio duorũ teſtiũ. Patet vtrũque in auth. eo. ti. in prin. &. §. j. illi ergo nõ ſtabit, niſi aliter ad iuuet. C. e. ti. l. fi. C. de ꝓba. iubem⁹. Itẽ facit ratio, quã ponit Innj. e. cũ. P. vbi dicit, quòd ꝓbatio p̃ inſtrumẽtũ eſt ſupnaturalis, & contra ius, vt credat pelli animalis mortui. Sed ꝓbatio, q̃ fit per duos teſtes eſt naturalis & ſecũdũ ius diuinũ & humanũ: ergo hęc eſt præferẽda. Nõ obſtat rõ hui⁹ gl. quia ſecũdũ Io. an. hîc, & Bar. in. l. j. §. ſi qs neget. ff. quẽad. teſt. ape. bis reaſſumit idẽ p̃ modũ notatũ. ff. dever. ob. l. quoties in ſtipulatiõibus. Nã dicẽdo inſtrumentũ æquiualet duob⁹ includit authoritatẽ notarij. poſteà dicẽdo notarius valet duos vel pl⁹ quã vnus: & reaſſumit idem. nõ eſt ergo verum q̃ ſcriptura per ſe æquiualet duobus: ſed ſcriptura cum inſcriptione teſtium & authoritate officij tabellionis eſt quæ æquiualet duob⁹: nec valet alia opi. ſecundum quam requirunt duo propter teſtes inſcriptos: & duo propter tabellionem. nam procederet quando teſtes ſubſcripſiſſent & hoc conſtaret: ſed quando ſolũ ſunt inſcripti ſeu ſubſcripti per notarium, patet q̃ ſicut fides inſtrumenti ita & fides ſubſcriptionis teſtium dependet à notario. Item ſecundũ opinionem contrariam ſequeretur abſurdum quòd ſi xx. teſtes eſſent inſcripti ad reprobationem talis inſtrumenti requirerentur xxij.

inſtrumẽti

omne ius ſibi cõ petere, & non deducta deducere, & non probata, ꝓbare: iuxta materiã dictæ l. per hanc. C. de temp. appel. ita Bald. in addi. Spe. in tit. de appe. in verſi. officium iudicis. & in ver. an inuito.

a ¶ Deſcripti. vide Bar. Bal. & Ang. in. l. j. §. ſi quis neget. ff. quẽad. teſ. ape. vbi etiamlatè per Io. de Imo. p̃ Bal. & Sali. in. l. in exercendis. C. de fi. inſtr. & in. l. ij. C. de bon. poſ. ſecdm tab. & Pet. de Anch. in cõſi. lxxiij. viſa limitatio commiſsione. & in cõſil. cclv. inci. in primo dubio.

ſſtrmti reprobãdi ſicut eñ falsũ & ſicfa cile falſus notari⁹ tolle facultatſcribitẽ ĩ cõtractu ſic facile multos teſtes fal ſos ſcribr̃ potuit inſtro .Quare Io.an.ex multis cõcludit Inn.& ꝙ oẽ inſtrm reprobari poſsit ꝑ duos teſtes cũ oẽs eius fides à tabellionis fide dependeat.ad tex.iſtũ.s. adductũ pro opi.Accur.reſpondet ꝙ tex.nõ dicit tres teſtes requiri contra inſtrumentũ:ſed quod inſtrumentũ nõ præfertur.Ad rationẽ.s.inductã reſpondeť ſecundũ eum ꝙ plena fides inſtrumenti procedit ex præſumptione publici officij:ſed ſicut violentã præſumptionẽ per quã aliâs iudicaretur reprobant duo teſtes,pone exemplum in .c. propoſuiſti.de proba.ſic & hanc præſumptionẽ per quã aliâs iudicaretur probant duo teſtes. Item iuramentum per iudicem delatum in ſupplementum probationis plena eſt probatio, ex qua iudicari poteſt,& tamen reproba tur per inſtrumentum vel duos teſtes.vt in.l. admonendi.ff.de iureiuran.Item nonne ſigillum authenticum probat.iuxta no.s.eo.c.j.&.ij.de proba.poſt ceſsionem.& tamẽ plena probatio fidei illius derogat.vt.d.c.poſt ceſsionem.ita in propoſito licet inſtrumẽtũ faciat plenam probationem:tamen reprobari poteſt per duos teſtes viua voce in contratriũ deponentes:hanc opi.ſequitur do.Anto.& expreſsius Ioan.cal.in ſua diſtinctione.dicit enim ꝙ licet ſit illorum opi.æqua qui totum hoc committuntur bitrio iudicis qui iudicabit habita conſyderatione ad qualitatẽ tabellionis & teſtium & negotij, an ſit antiquũ vel recens,tamen verior videtur ſibi præcedens opi.vt duo idonei teſtes faciant vacillare inſtrumentum vt probet niſi aliter iuuetur.Barto.in.d.l.j.& doñ.Card.hic ſequũ tur opi.Nico.mat.quã.s.tetigi : vt non ſufficiãt indiſtinctè duo teſtes:ſed iudex conſiderabit ex qualitate notarij teſtium & negotij cui magis ſit fides adhibenda.ad hoc.l. optimam.in fi.C.de contrahen.& commit.ſtipu.per quã mouetur Bar.ille tamen tex.iudicio meo non probat:ſolùm enim requirit quòd teſtes ſint idonei & omni exce-
a ptione maiores.Ego concordando ª has opi.in quas doc. communiter incidunt dicerem,quòd iudex habebat arbitrari àn illi duo teſtes ſufficiant:quia oportet quòd probatio ſit liquida & manifeſtiſsima & fiat per aliã ſcripturam,vel per teſtes vndiq; idoneos & omni exceptiõe maiores.vt.d.l.optimam.hoc autem non depræhenditur niſi iudicis arbitrio.vt.l.iij.ff.de teſt.&.l.iiij.qõ.iij. ſi teſtes. Sed ſi in veritate teſtes ſunt tales,quales.s.dixi & manifeſtiſsimè deponũt cõtra inſtrumẽtũ debet iudex arbitrari teſtes ꝙualere:& ſi aliter faceret licitè appellareť:quia faceret contra illam.l.optimã.debet enim arbitrium ſuum informare ſecundũ leges vt dixi in.c.j.de dila.& quod legi. & not.in.l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſig. & prædicta intelli ge in caſib⁹ in quibus iura diſponunt vt inſtrumentum faciat præſumptionem iuris & de iure.de quo dic vt.s.in
14 prin.dixi.¶ † Venio ad ſecundũ membrũ ᵇ principale,qñ
b ſcilicet aliqui de inſcriptis ᶜ in inſtrumento contradicũt
c inſtrumento:quo caſu multę ſunt opi.vt plenè tractat Inno.& Bar.in.d.l.j.Sed & clarè concludendo veritatem dicit quòd aut teſtes directè reprobant inſtrumentum: puta quia dicunt non ſic fuiſſe appellatum:puta quia dicũt non ſic fuiſſe actum ſicut ſcriptũ.& dic per omnia.vt.s. in præce.membro dixi.& eſt de mente Inno.hic.nam hoc caſu fortius inſtrumentum reprobatur quã in caſu præcedenti. Aut non contradicunt ita expreſsè:ſed per quod dã mediũ:& tunc aut dicunt ſe non recordari an interfuerint,aut ſimpliciter &,abſolutè dicunt ſe nõ interfuiſſe.Primo caſu ſuſtinetur inſtrumẽtum:quia cũ eius probatio ſit plena,non debet vacillare per depoſitionem incertã & dubiam teſtiũ quia in dubio debet fieri interpretatio benigna.de teſti.cum tu.&.j.de verb.ſigni.abbate. & hoc voluit Inno.& hoc communiter doc.& ſequa. & Bar.in.d.l.j.Secundo caſu ſubdiſtingue,aut vnus ſolus dicit ſe non interfuiſſe aut plures:quo caſu aut probat per alios ſe non interfuiſſe per modum,de quo in.c.ex teno- a re.s.de teſtib.& probatur inſtrumentum falſum.vt in.c. quãto.§.abſentiũ.de his quę ſi.à præla.nã in eo quodfalſsè ſcripſit hunc teſtẽ interfuiſſe,falſificatur inſtrumẽtum.d. c. quanto.& arg.ix.diſt.ſi ad ſcriptu.ſacras.iij.q.ix. pura. quãquã contractus poſſet per alios teſtes probari.Si verò non probatur abſentia per alios:tunc ſunt opi.Sed communiter diſtinguitur quòd aut eſt de neceſſarijs in inſtrumento & probatur falſum:quia ad hoc exhibẽtur teſtes neceſſarij:vt per eos poſsit probari:& ſic intelligitur.d.l. ij.ff.quemad.teſta.ape.aut non eſt de neceſſarijs:quia vltra illum remanet in inſtrumento numerus neceſſarius; & non vitiatur inſtrumentum,quia plena probatio quę reſultat ex inſtrumento confundit dictum vnius teſtis.argu.c.licet ex quadã.s. de teſ.hoc ſentit hic Inn. & clarius Io.cal.& alij moder.& Bar.in.d.l.j. Si verò ſunt plures dicentes ſe non interfuiſſe.aut probant abſentiã per alios & dic vt.s.Aut ſimpliciter ipſi aſſerũt:& ſi ſunt de neceſſarijs,idẽ dicendũ,qd'.s.ſi verò non ſunt de neceſſarijs eſt dubium non paruum.Quidam dicunt,ꝙ non vacillat per hoc inſtrumẽtum:quia ſunt teſtes ſingulares. ad hoc b c.cum dilectus.s.de elec.&.s.de teſti.tàm literis.Quidam contrà quia videntur conteſtes reſpectu falſitatis . Item quilibet dicendo ſe interfuiſſe:dicit etiam de alijs. Inno. variat:videtur tamen magis inclinare, vt inſtrumẽtum vacillet:tradit tamen vnam regulam,quòd in dubio magis præſumatur pro inſtrumento,quã contrà:vt res pu- b tius valeat quã pareat.Bar.in.d.l.j.tenet inſtrumentũ reprobari.Nam dicit iſtos eſſe cõteſtes.omnes enim teſtes reſpectu ſenſus,quo percipitur, poſſunt dici ſingulares: qa ſenſus tuus nõ eſt meus:ſed reſpectu obiecti ad ipſum ſenſum teſtes dicuntur conteſtes.vnde quẽadmodũ per approximationẽ ſenſati,ſeu obiecti ad ſenſum teſtes ſunt cõteſtes,vt accidit in actu affirmatiuo,qñ ſimul audiuerunt,vel viderunt:ita per remotionem ſenſati,ſeu obiecti à ſenſu,dici debent conteſtes:vt qñ deponũt ſuper abſentia:quia plures non viderunt.Do.Ant.in hoc mẽbro c dicit aduertendũ qualiter deponunt teſtes.Si enim dicũt ſe interfuiſſe:quia primò illa die fuerunt in vnũ collecti. & probant:quia ſenſatũ abſtrahitur à ſenſibus in vnũ ex congregatis.& ſic poteſt intelligi.c. tertio loco.de prob. Si autẽ quilibet dicat ſe ſimpliciter nõ interfuiſſe,ſunt ſingulares & non probãt.Nec ob.motiuum Bar.ꝙ ſicut appropinquatio ſenſati.&c.quia conſequentia nõ eſt bona: quia appropinquatio ſenſati ad plures,attrahit ſenſus pluriũ iu vnũ.Sed abſtractio nõ poteſt abſtrahere, niſi ſingulariter:quia illud de quo agitur non fuit appropinquatũ ſenſui meo,nec tuo:nõ autem omnibus ſimul.credo hoc dictum verius:vbi teſtes ſunt de non neceſſarijs.ſi autem de neceſſarijs,procedat dictum contrariũ.Nã tũc cõtradictio etiã vnius facit vacillare inſtrumentũ:vt.s.dixi.& per hæc habes clariſsimè hanc materiam declaratã.¶ Oppo.& videtur,ꝙ licet ſit probata exceptio,tamẽ non ſentẽtiatur pro reo:vt in.c.ij.de or.cog.Sol.glo.in verbo, *in modum*.format oppoſitionem,& non ſoluit.P.dicit illud verum in exceptione dilatoria:ſecus in peremptoria:qua probata bene iudicatur pro reo.Ioã.Andręas dicit,quòd ſententia,qua reus abſoluitur,poteſt procedere dupliciter:aut aut ex defectu probationis actoris:aut per peremptorias rei.Hic autem & in contrario reus abſoluitur ratione probationis ſuæ.& ſic concordant Dic formalius ad contrarium,licet ibi probata ſpoliatione per modum exceptionis,non reſtituatur reus ſpoliatus:abſoluitur tamen ratione cuius de ſpoliatione excepit .hic etiam ſolùm excepit ad excludendam intentionem actoris: vt non teneatur demum tradere : ſic abſolutionem conſecutus fuit .ex quo patet hæc iura ſibi non contradicere.
15 ¶ † Oppo.videtur enim ex quo teſtes non deponebant de die,ſeu tẽpore cõtract⁹,nõ debebat eorũ dictũ valere.

¶ Ego concordo. Adde quòd teſtes pñt reprobare inſtrumẽtũ,Ioã. de Ana.conſi.xcviij. Alex.conſi. xlvij. ij.lib.

ZACHARIAS.

¶ Adde pleniſsimè per Lanf.in.c. qm̃ cõtra.§.inſtrumentorũ productiones.nu. xxvj. verſi.quæro,nunquid inſtrumentũ.& ibi in apoſt. Bene.Va.in verſi. per quot teſtes. Tu adde p̃di.Bar. Sozi.cõſi.xciij.in ci.p̃ſtãtiſs.mi.ver. p̃terea.circa fi.vo. ij.

¶ Adſecũdũ mẽbrum.adde Ang. conſi. clix.Raph. Cõmẽ.cõſi.cxxv. Fran.Aret.conſi. xcviiij.

SEB. SAPIA.

¶ Secundũ membrũ.vide Ang. in §.ſi quis igitur. in auť.de inſtru. cau te.Bal.in conſi.lv. in.iij.parte. Alex. in conſi. xxvij.in ij.volu. Roma.in rub.de arb.in.xv. q̃ſt.Bald.in. l.j.in prin.C.de ſentẽ. q̃ ſine certa quã.

c ¶ Et de hoc videt ꝑ Bal.l.in exercendis.in vl.col.C. defi inſt.& de iſta q.in terminis vide per Spe.in tit. de inſtr,edi.§.inſtrumentũ. in .v. col.ver.item ꝙ teſtis inſcriptꝰ. &c.

argu. c. in præſentia. de proba. &, ſ. eo. inter dilectos. Glo. in verbo, de certo. tangit hanc quæſtionẽ, ſeu oppoſitionẽ, & non ſoluit, ſed ſolutio redditur in litera: vt ex prædictis patuit. Ex quo eñ partes confeſſæ fuerãt vnicã interueniſſe venditionem, ſatis colligit teſtes de illa depone re: & ſic præteritio temporis non reddit depoſitionem dubiã. Et dicunt hîc Goff. Hoſti. & Io. And. ꝙ regulariter quãuis teſtes non deponãt de die, vel tẽpore: quia non recordantur: nõ minus valet ipſorũ teſtimoniũ, vt hic. Sed ſi interrogati reſpondeant variè, non valet ipſorum teſtimoniũ[a]. iij. q. ix. nihilominus. Et quod. ſ. dictũ eſt, procedit niſi agatur de tempore ꝓbando: vt. ſ. de teſti. c. ex tenore. tunc eñ non valet teſtimonium: cum non dicant id ad quod principaliter inducunt, in. c. de teſti. ſ. de teſti. & ff. de pet. hær. l. ſi qs libertatẽ. §. fi. cauere tñ habet iudex ſecundũ Hoſ. ne teſtes malitioſè dicant hunc præmeditatũ ſermonẽ, ſcilicet ſe non recordari de tempore: vt poſteà reprobari non poſſint. & hæc notabis. & vide quod not. ſ. eo. ex tenore. ¶ Gl. in verbo, *poſtquàm*. colligit duo. Sed eam limita & declara: vt. ſ. dixi. in. c. cũ clamor. ſ. de teſti. ¶ Glo. pe, opponit de. c. j. ſ. de or. co. vbi dicitur, ꝙ ſuper incidenti non pronuntiatur. gl. ſoluit & malè. Nam bene potuiſſet hîc pronũtiari ſuper principali: & ſic indirectè fuiſſet pronuntiatum ſuper incidenti ſicut fit in inſtantia cauſæ principalis. Dic ergo, ꝙ hoc fuit factum ad honorem iudicis à quo cõſeruãdũ: cum fuerit proceſſum ex nouis actis. Item licet nõ fit neceſſarium, vt pronũtietur: ſi tamen pronuntiatur, non per hoc retractatur ſentẽtia: vt no. in. d. c. j. & de materia dic, vt ibi plenè dixi. ¶ Glo. finalis eſt facilis. ¶ † Sed extra gl. quæro de quæſtione notabili. Pone, ꝙ in inſtrumento ſunt deſcripti. A. & B. expreſſo eorum cognomine pro teſtibus, demum dicitur inſtrumentum falſum: & producuntur duo, qui dicunt ſe vocari illis nominibus: ſed negant ſe interfuiſſe: nunqd hoc ſufficiat ad reprobationem inſtrumenti? Dom̃. meus do. Cardi. conſuluit, ꝙ non: quia hic non probatum iſtos eſſe illos, qui ſunt deſcripti in inſtrumento: potuiſſent eñ ſibi mutare nomina. ar. l. j. C. de mu. no. Item dic, & meliꝰ ꝙ poſſibile eſt, quòd tempore confecti inſtrumenti, erãt alij, qui vocabantur hoc nomine, qui interfuerunt cõtra ctui. vnde hæc probatio non concludit neceſſariò. arg. c. in præſentia. de proba. Et in dubio: vt. ſ. dixi fauẽdum eſt inſtrumento. ar. c. cum tu. de teſt. & j. de præſcrip. c. ad audientiam. Ad hoc ergo, vt cõcludant, oportet probari, ꝙ tempore confecti inſtrumenti, iſti qui producuntur, nũc vocabantur illo nomine: & quòd tunc non erant alij, qui vocabantur his nominibus. & hæc no. pro limitatione p̃ dictorũ. ¶ † Vltimò quæritur de vtili & quotidiana quæſtione. videmus enim hie, quòd ad petitionẽ appellantis iudex ad quem reformat ſententiam: an hoc poſſit facere ad petitionẽ appellati: vt ſi videat detrahendũ, vel addendũ ſentẽtiæ, hoc licitè iudex faciat ipſo appellato poſtulãte. [b]Hanc quæſtionẽ formant do. de Rot. deci. cccl j. Et ratio dubitandi eſt, quia appellatus non appellãdo videtur acquieuiſſe ſentẽtiæ. in. c. quod ad conſultationem. de re iud. & l. fi. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. ergo nõ debet audiri petens eam reformari. Sed hoc non obſtante per oẽs doctores fuit cõtrariũ cõcluſum: quia ex quo per vnam partem fuit appellatũ à tota ſentẽtia, ipſius effectus in totũ fuit ſuſpenſus. l. j. in fi. ff. ad Turp. & c. venientes, de iureiur. ergo ſicut per appellantẽ peti põt reformatio: ita & per appellatũ. Sæpe eñ qs cõſequit ex ꝑſona alterius, qd̃ ex ſe cõſequi nõ poſſet. l. petẽdæ. C. de tẽp. in inte re. & c. authoritate Martini. de conceſ. præben. libr. vj. Itẽ iudex ſupplet de facto, vbi conſtat ei ex dictis teſtiũ, vel inſtrumẽtorũ. ad hoc quod notabiliter no. Inn. in. c. j. de poſtu. præla. & no. bene hoc dictũ. Hinc alibi dicit gl. not. in. l. j. C. qui & aduer. quos iudicem ſupplere poſſe de ſibi notorio. per illũ tex. ¶ Addo etiã ad prædictã concluſionẽ. l. omnẽ honorẽ. C. quando prouo. nõ eſt neceſſ. vbi ad appellationem victi conſequi põt victor condẽnationẽ expenſarum omiſſam à iudice à quo. Non ob. primũ motiuum: quia procedit vbi aliter etiã nõ appellatur, ſed per appellationem vnius ſuſpendit ſententia in totum. ¶ Ego limitarem prædictam concluſionem, niſi appellãs reſtrinxiſſet ſe in appellando ad capitula facientia contra eum duntaxat. tunc enim arbitror cauſam non deuolui ad iudicem ad quã: niſi reſpectu illorũ capitulorũ, quæ faciunt contra appellantẽ, ſi ſunt ab alijs ſeparata: per text. in. l. etiam. ff. de min. Tot enim videntur ſententiæ, quot capitula ſententiæ: vt ibi. & no. glo. in. c. ij. de ordi. cog. in ver. eadem. in fi. Et arbitor idẽ ſenſiſſe do. de Ro. in prædicta deciſione, dum ponderant, quòd à tota ſententia fuit appellatum: ſecus ergo ſi à parte. ¶ Et ex his nota bonam practicã appellandi, vt appelletur à partibus & capitulis facientibus contra appellantẽ. Sed bona cautela erit ex parte appellati: vt ẽt ipſe appellet, quaten9 facit cõtra ſe. ſimilis theorica no. in inſtrumẽto producto: de qua dic vt no. in. c. cum olim. de cenſi. ¶ Item no. perpetuò aliam cõcluſionem ex prædictis, quòd nedum iudex à quo, ſed etiam ad quem, poteſt ex officio ſupplere etiam in prolatione ſentẽtiæ ea, quæ ſibi ſunt nota, vel notoria vel ex actis cauſæ. Iudex enim ad quẽ, ſuccedit loco iudicis à quo vnde debet & poteſt facere totũ id quod debuiſſet & potuiſſet facere primus iudex: vt dicunt dom̃. de Ro. vbi. ſ.

18 ¶ † Ad prædicta vide Bar. in. l. ſi expreſsim. ff. de appella. vbi dicit, quòd cauſa nullitatis deuoluit totam cauſam ad iudicem: vnde poterit iudex in cauſa nullitatis reformare ſententiam, ſicut in cauſa appellationis. & alleg. Inn. in c. cũ contingat. de offi. deleg. & hæc ſufficiant.

a ¶ Teſtimoniũ. Vide q̃ pulchrè ſcribit Iaſ. in. l. ij. col. penulti. C. de bo. poſſ. ſecũdũ tabu. vbi dicit, ꝙ teſtes varij in his, q̃ non ſunt de ſubſtantia nõ puniunt pœna falſi: nec reprobatur eorũ dictũ. Itẽ, ꝙ ſufficit teſtes concordare in ſubſtantia & in effectu: niſi producerentur teſtes ad ꝓbandum aliquid formaliter: vt ibi per eum.

b ¶ Appellato poſtulãte. Adde qd̃ voluit Fede. conſ. cxxxiij. & clxx. ij.

c ¶ Error in litera. Adde Rom. in cõſil. cccxlviij.

d ¶ Multæ q̃ones. Vide ſimiles q̃ones poſitas p Bal. in. l. Imperator. j. ff. de ſta. homi. & Iaſ. in. l. ſi quis mihi bona. §. ſed qd ſi mandauit. ff. de acq. hære. vbi ponit de notario, q volens dicere: renuntiat beneficio Velleiani, dixit, Veleriani: & falcidinia pro falcidia, q̃ etiã refert Feli. in. c. ad audientiã. col. iij. ſ. de reſcri.

SVMMARIVM.

1 *An ex defectu literæ, dictionis, vel ſyllabæ: vitietur reſcriptum.* 2.

3 *Si falſa latinitas reſultat ex appoſitiõe vnius literæ loco alterius, non vitiat reſcriptum.*

CAP. XI.

EX parte. ¶ Defectus literæ nõ vitiat reſcriptum. h. d. Comunis; diuiſio. Secunda ibi: *quia*. ¶ Not. quòd modicꝰ defectus ſcriptoris non vitiat reſcriptum Papæ. ¶ † Gl. ponit rationem dubitandi & decidendi: & in fi. ampliat diſpoſitionẽ huius. c. vt procedat etiam in defectu ſyllabe. Inn. magis adhuc ampliat. dicit enim idẽ fortè dicendum in defectu dictionis, vel orationis: dummodò deprehendatur intellectus Papæ. Refert tamen alios dicere, quòd & ſi aliquando ſit tolerabilis error in litera[c] vel dictione: iudex tamen niſi vitium ſit occultum, ſuſpectas habebit literas: cum multi ſint officiales in curia, qui examinant vitia literarum. Prius tamen dictum magis placet Innocen. cùm per bullam ſatis tollatur ſuſpicio: & occuli officialium ſæpe falluntur: ſicut in ſimili legitur in cap. cauſam matrimonij. ſ. de probatio. Vel poſſet diſtingui ſecundum Hoſtien. inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ. ar. de cri. fal. c. penul. remittit tamen ad no. ſ. eo. ex literis. & de reſcrip. ad audientiam. do. Card. tenet idẽ in reſcrip. c. gratioſis. dummodò ſenſus non mutet: quod mihi plus placet per id, quod le. & nota. c. cum venerabilis j. de relig. do. & in. c. inter dilectos. ſ. eo. facit. l. j. & ij. ff. de his, quæ in teſt. delen. ſecus dic, vbi ſenſus mutaretur, ſeu induceretur æquiuocatio. Nam tunc defectus etiam literæ vitiaret: vt. d. c. inter dilectos & tenet Vincen. hic, quod nota.

1 ¶ † Gl. ponit rationem dubitandi & decidendi: & in fi. ampliat diſpoſitionẽ huius. c. vt procedat etiam in defectu ſyllabe. Inn. magis adhuc ampliat. dicit enim idẽ fortè dicendum in defectu dictionis, vel orationis: dummodò deprehendatur intellectus Papæ. Refert tamen alios dicere, quòd & ſi aliquando ſit tolerabilis error in litera[c] vel dictione: iudex tamen niſi vitium ſit occultum, ſuſpectas habebit literas: cum multi ſint officiales in curia, qui examinant vitia literarum. Prius tamen dictum magis placet Innocen. cùm per bullam ſatis tollatur ſuſpicio: & occuli officialium ſæpe falluntur: ſicut in ſimili legitur in cap. cauſam matrimonij. ſ. de probatio. Vel poſſet diſtingui ſecundum Hoſtien. inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ. ar. de cri. fal. c. penul. remittit tamen ad no. ſ. eo. ex literis. & de reſcrip. ad audientiam. do. Card. tenet idẽ in reſcrip. c. gratioſis. dummodò ſenſus non mutet: quod mihi plus placet per id, quod le. & nota. c. cum venerabilis j. de relig. do. & in. c. inter dilectos. ſ. eo. facit. l. j. & ij. ff. de his, quæ in teſt. delen. ſecus dic, vbi ſenſus mutaretur, ſeu induceretur æquiuocatio. Nam tunc defectus etiam literæ vitiaret: vt. d. c. inter dilectos & tenet Vincen. hic, quod nota.

2 ¶ † Et ex prædictis poſſunt decidi multæ quæſtiones. [d] Quidã impetrauit eccleſiã ſancti Pancratij: in litera verò dicebat

ZACHARIAS.

a ¶ Duraturas. Ad de tu vnũ aureum & memoratu dignũ di. Dy. in. l. si in testõ. & ibi latè p celsum ĩ apo. ad ip̃m. ff. de leg. j. q̃ si illa falsa latinitas sit leuis error, vel per grãmaticæ figuras possit saluari: tũc indubio nõ vitiatur rescriptũ. ita no. Bal. in. l. eã quã. co. i͡. de fidei cõmi. de quo per gl. & doc. in. c. forus. de verb. sig. & in. c. ad audiẽtiam s̃. de rescri.

Anto. Francis. a ¶ Circa istã falsitatẽ insurgentẽ ex falsa latinitate, dicas q̃ illa si sit leuis defectus, non vitiat rescriptum vt p̃ gl. & doc. in c. forus. de ver. sig. Sed si sit magnũ vitium latinitatis: ita vt nõ possit saluari, ẽt p̃ figurã habet vitiare rescriptum vt plenè traditur in. c. ad audientiã. de rescri. & in. c. sedes apl̃ica. eo. ti qd aũt de falsa latinitate circa ĩstrumentum: vide Bar. in. l. Plautius de auro & ar. leg. & p̃ gl. & bar. in. l. Imperator. ff. de statu. ho. vbi dicit, q̃ nõ vitiat iustrumentũ: an autẽ vitiet testm̃, vide ẽt Bar. in. d. l. Plauti⁹. & vide q̃ habent p̃ Bal. in. l. in legatis. C. de le. & quid de falsa latinitate cõmissa in sentẽtia, vide p̃ glo. Bal. & docto. in. l. i͡. C. de sentẽ. ex peri. rec.

b ¶ Vicariorũ. adde Fede. cons. penul.

SEB. SAPIA.

c ¶ Eṕi. An vicari⁹ possit aliũ vicariũ dare vide Card. in cle. j. in. xj. q. xiij. & xix. de offi. vic. & in cle. & si principalis. in. i͡. qõ. de rescrip. Bald. in. l. aliqñ. ff. de offi. p̃ con. & le. & in. c. j. in. j. col. s̃. de off. delega.

dicebatur Paneratij: ita q̃. c. erat mutata in. e. nunquid ex hoc vitietur rescriptum. Do. Car. refert se obtinuisse, quòd nõ. Sicut enim defectus literę non vitiat, vbi constat de sensu, vt hîc. Ita & si litera ponatur loco alterius, vt in quæstione nostra dummodo ex alijs appareat papam sensisse de illa ecclesia sancti Pãcratij: secus autem si induceretur æquiuocatio. ¶ Alia quæstio. Papa mandabat in rescripto impetrãtem debere mitti in corporalem & fuit omissum verbum possessionem. Dicit do. Card. se obtinuisse, quòd per hoc non vitiabatur rescriptum: quia per alia verba apparebat de intentione Papæ: quia submittebat: & defendas inductum. ¶ † Et hæc quęstio satis deciditur per dictum Inno. hic. Idem dicit si per appositionem vnius literæ loco alterius induceretur falsa latinitas: sicut accidit in facto. Dicebaṫ enĩ in quadam indulgentia Papæ præsentibus per petuis temporibus duraturas. [a] debebant enim dicere duraturis. & sic si fuit mutuata. i. in. a. Refert enĩ se consuisse per hæc literas nõ vitiari: tum quia hodiè curia non admittit exceptionem falsæ latinitatis: tum per prædicta: quia sicut defectus literæ non vitiat: ita & si vna litera ponatur loco alterius. quod mihi satis placet. Nam de facili hoc potest contingere: sicut defectus literæ. Intelligatur autem. c. ad audiẽtiã. de rescri. qñ contingit falsa latinitas apparẽter: non autem ex transcursu pœnæ, seu ex mutatiõe vnius literæ loco alterius, quod facilius contingit.

3 ¶ Et hæc quęstio satis deciditur per dictum Inno. hic. Idem dicit si per appositionem vnius literæ loco alterius induceretur falsa latinitas: sicut accidit in facto. Dicebaṫ enĩ in quadam indulgentia Papæ præsentibus per petuis temporibus duraturas. [a] debebant enim dicere duraturis. & sic si fuit mutuata. i. in. a. Refert enĩ se consuisse per hæc literas nõ vitiari: tum quia hodiè curia non admittit exceptionem falsæ latinitatis: tum per prædicta: quia sicut defectus literæ non vitiat: ita & si vna litera ponatur loco alterius. quod mihi satis placet. Nam de facili hoc potest contingere: sicut defectus literæ. Intelligatur autem. c. ad audiẽtiã. de rescri. qñ contingit falsa latinitas apparẽter: non autem ex transcursu pœnæ, seu ex mutatiõe vnius literæ loco alterius, quod facilius contingit.

SVMMARIVM.

1 *Vicariorum quidam sunt perpetui, & quidam temporales.*

2 *An vicarius possit agere sine mandato pro iuribus ecclesiæ, vel pro iuribus spectantibus ad suam vicariam.*

3 *Appellatus, an coget appellantem, vt edat sententiã quam asserit iniquam, vel iniustam.*

CAP. XII.

G. Perpetuus. Licitè appellaṫ à iudice qui parti hoc petẽti non facit edi cõmunia instrumenta. h. d. In prima appellantis narratio. In secũda causæ cõmissio. ibi: *ideoque*. ¶ Casus literalis. Prior & conuentus de lædis, coram iudicibus delegantis traxerunt in causam. G. perpetuum vicariũ de rhecam super quibusdam decimis: dictus vicarius reconuenit eosdem super consimilibus quæstionibus: petens à iudicibus, vt compellerent partem aduersam, vt faceret ei copiã quorundam instrumentorum cõmunium per quæ intentionem suam super principali negotio p̃bare volebat. Et quia hoc fieri non faciebant, eidem ad sedem apo. appellauit mandat Papa quatenus si est ita, reuocato in statum debitũ, quicquid post appel. &c. B. ¶ † Nota quòd vicariorum [b] quidam sunt perpetui: quidam temporales. perpetui sunt, qui constituũtur in perpetuum. prout notatur in. c. fin. de offici. vica. & vide meliorem gloss. in. c. ad hæc eodem titul. Idem tex. & doct. in. c. extirpandæ. in. §. qui verò. de præbendis. & clementi. vna. cum ibi notatis. de officio vicarij. Temporales verò sunt, qui constituuntur ad tempus: vt habetur in capitul. peruenit. de appellationibus. & , in capitul. cum eo. de electione. libro. vj. Dicit tamen hîc Vincentius, q̃ vicarius ad tẽpus non est censendus vicarius. quod no. Ex quo infero q̃ appellatione vicarij non comprehenditur vicarius temporalis, qui pro necessitate temporis constituitur ad seruiẽdum ecclesiæ: quia talis propriè non est vicarius: quia titulus vicarius est perpetuus, & superioris authoritate constituiṫ: vt in dicto. §. qui verò. &. d. clementina vna. An autem rector ecclesiæ possit solus constituere ex causa vicarium in ecclesia sua ad tempus: vide tex. & ibi plenius pe. Ioan. Andrę. in. c. cum ex eo. præallegato. De vicario verò epiſcopi. [c] dic, vt leg. & nota. in clementina & si principalis. de rescriptis. vbi bo. gloss. & clemen fine. de procura. ¶ Nota secundò & tenementi, quòd vicarius ecclesiæ perpetuus potest esse in iudicio prospectantibus ad vicariam suam: de quo infrà latius. ¶ Not. tertiò, quòd instrumenta communia possunt peti, vt edantur non solùm ad instructionem causæ principalis, sed etiam reconuentionis. cio

2 ¶ Oppo. & videtur, quòd [a] iste vicarius non poterat esse in iudi sed pro iuribus ecclesiæ: cum eam non possideat nomine proprio, rectoris. vnde debebat dominum in iudicio nominare: vt lite non contesta. quoniam. §. penulti. Glossa prima circa hoc instat: & facit tria. Primò allegat contra: secundò pro: tertiò soluendo ponit opinio. suam dicens istum vicarium habuisse mandatum generale, vel speciale à rectore: aliàs non fuisset admissus: cum non habebat titulum in ecclesia. Hostien. dicit, quòd ista ecclesia erat istorum prioris & conuentus: & percipiebãt ibi omnia temporalia exceptis minutis decimis & quibusdam alijs pro sustentatione vicario reseruatis: & tunc erat quæstio inter eos, quid contineretur nomine minutarum. Prior autem & conuentus conueniebant vicarium, & reconueniebantur ab alio, & secundum eum monachi produxerunt instrumentum continens quid fuerat vicario assignatum, & quia eius copia vicario petenti fuit denegata, extitit per eum appellatum. ¶ Ex his habes duas lectu. vnam gloss. quòd quæstio erat hîc inter extraneum & vicarium habentem ad hoc mandatum à rectore. Aliam Hostien. quòd quęstio erat inter vicariũ & istos rectores ecclesiæ. Tertium intellectum sentit Hostiens. hîc super verbo decimis: dicens quæstionem hîc fuisse super minutis decimis vicario pro sua sustentatione assignatis: & quòd ratione præceptionis conueniri poterat vicarius non solùm à priore & conuentu: sed à quolibet alio. argumen. ff. de rei vendi. officium. ff. de ser. l. final. &. s̃. de officio. vica. ad hæc. & i͡. de præbend. capitul. de monachis. Sed in contrarium opponitur de cap. querelam. de ele. & de re iudic. cum super & de confirma. vti. cum. §. quia verò. Soluit, quòd possessor conueniri potest reali: vt in primis concor. sed non præiudicatur superiori: vt in contrarijs: nisi sciat causam suã agi. i͡. de re iudi. capitu. penultim. secundum eum. ¶ Aduerte, quia iste intellectus facit magis ad intellectum gloss. sentit enim quòd vicarius super iuribus sibi assignatis possit conueniri tanquã possessor: sed sententia contra eum lata non præiudicat rectori, nisi præsciuerit causam suam agi. Ego distinguerem latius sic capitu. cum quæritur: nunquid vicarius possit agere, vel conueniri, ita q̃ factum suum præiudicet ecclesiæ: vt loquimur de vicario temporali, vel perpetuo. ¶ Primo casu non puto eum posse agere, nisi habeat mandatum à rectore: & hoc casu potest procedere dictum huius gloss. Ratio, quia non habet titulum in ecclesia: vel administrationem: licet aliquid detur sibi pro sua sustentatione, facit per locum à speciali clement. prima de officio vicarij. & quod. s̃. dixi. ¶ Secundo casu subdistinguo, quòd aut vult agere, vel conueniri pro iuribus vicariæ: & potest licet nullum habeat mandatum ab ecclesia, seu rectore. Habet enim titulum in ecclesia: vt dicta clement. vna. & capitu. extirpandæ §. qui verò. de præben. sicut enim agit canonicus nomine suæ præbendæ, licet præbeuda sit ecclesiæ: vt in capitul. iij. & quod ibi not. de probati. Ita & fortius agit vicarius nomine suæ vicariæ pro iuribus ipsius: & factum suũ prę iudicabit ecclesiæ sicut factũ alterius administratoris. Et pro hoc optimè facit iste textus nõ diuinãdo & cauillãdo literã. fateor tn̄ q̃ Rector posset ibi assistere in lit. s. rõne p̃iudicij, qd̃ sibi ex cõtra

a ¶ Et iſtud dictum Inn. ſequitur Bar. in l. j. §. edenda. ff. de edendo. & in l. is apud quem. C. de eden. verſi. ſed circa hoc quæro. Et adde quod no. Anto. in c. j. in. iij. col. ſ. de proba. dicit, q̃ Spec. ponit hîc dictũ Inno. ad literam in tit. de inſtru. edi. §. nunc dicamus. verſi. ſed pone peto. & ibi vide in. ij. colũ. & vide Bald. in l. ij. circa fi. j. colũ. verſi. iuxta hoc quæro. C. vt lite pend. vbi refert cũ magna elegantia: & ſequitur iſtud dictum, Inn. de quo etiam vide per Bal. in l. hi q ad ciuilia. circa me. ver. quærit Inno. C. de ap. Et iſtud dictũ Inn. alle. & ſequitur Pe. de Anch. in ca. cordi. in prin. vj. col. de appel. in. vj. & per Bar. & Bal. in l. ſi appellationẽ. in fi. C. de appel. & Bal. in l. fi. C. de eden. & Angel. in cõſi. ſuo. cxcij. circa fin. ſecundũ or. meũ nouiſ. Ad idẽ vide Bal. in l. noſtram. in. iij. col. C. de teſta. & Pet. de Ancha. in cle. j. §. cæterũ. de vſu. Et aduerte, qui Bart. in. d. l. is apud quẽ non videtur bene ponderaſſe verba Inno. Nam Bart. ibi dicit, q̃ ſi aduerſarius negat ſe habere ſententiã, iudex põt pronũtiare eſſe reum. ita ſequitur Sali. ibi. Sed Fulg. & Pau. de ca. ĩ. d. l. is apud quẽ. & Ang. ibi dicit, & rectè, quòd Bar. ibi non rectè ponderauit verba Inno. quia Innoc. hîc non loquitur, qñ aduerſarius negat ſe habere ſententiam ſed negat ſententiã latã & eſt verũ: quia Inn. ita loquitur: dictũ tñ Bart. eſt verũ per ſuã rationem. pro quo eſt tex. in. d. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi cum decreto. cum glo. ex qui. cau. maio. Ita dicit hîc do. Bart. de Bel. & cũ Bart. tenet ibi do. Alexã. p ſuã rationẽ. Sed do. meus do. Iaſ. ibi in. iij. colũ. dicit aduertendũ per regulã ſingularẽ, per quã dicit q̃ aut fundamẽtũ & rõ Bar. nõ eſt vera: aut debet multũ limitari per regulam, videlicet, quæ colligitur ex gl. ſing. in. §. ſi quis aũt. qui eſt. §. ij. in auẽ. de hære. & fal. quam gl. Ang. ibi. in. j. col. ad illud no. pro ſing. & multũ ex tollit. vide ibi per Ang.

rio euentu litis poſſet irrogari cũ perditis bonis vicariæ oporteret prouideri de alijs bonis eccleſiæ. argumentum de præbendis. de monachis. & pro hoc. l. ſi ſuſpecta. de inofficio. teſt. & l. à ſentẽtia. ff. de appel. Aut vult agere vel cõ ueniri pro alijs iuribus eccl. q̃ remãſerũt apud rectorem, & non poteſt niſi habeat mandatum à rectore: quia in illis nullum titulum habet. & hoc etiã caſu poſſet procedere dictum glo. Ad prædicta faciunt notata in capitul. expoſuiſti. de præbend. &. d. §. qui verò. Et per hoc habes clarè expeditã materiam huius primę gl. ¶ Gl. fi. intrat materiam editionis. & pondera eam quatenus dicit, quòd ſicut reus non tenetur actori propria inſtrumenta, quibus nõn vtitur, edere, ita nec actor reo. Tu verò de hoc & de tota materia glo. & eorum, quæ tractãt hîc docto. Dic, vt pleniſsimè dixi in. c. j. de probatio. vbi reperies, quando inſtrumenta dicantur cõmunia. & an in editione fienda ſit differentia inter actorem & reum. ¶ † Extra gloſſam quę ro de quæſtione, quam ponit hîc Innocentius quidam petit ſententiam latam cõtra ſe pro Petro ſuper tali fundo caſſari: vel quia nulla eſt: vel quia iniuſta, & ab ea eſt appellatum. Petrus reſpondet: exhibe ſententiam. Actor reſpõdet: ego non habeo ſcriptam: quia iudex noluit mihi copiam ex ea facere: vel, quia amiſi. quæritur, an reus cogendus ſit eam exhibere. Innocentius dicit quòd ſic, per iſtum textum; quaſi ſententiæ inſtrumentum ſit commune. Ideo is cõpellendus eſt illud edere: ſicut alia communia inſtrumenta: vt hîc. Ad idem adducit. l. is apud quem. C. de eden. vbi iudex appellationis præcepit exhiberi omnia acta cauſę. Dicit etiã Innocentius, [a] quòd ſi reus non diceret ſententiam latam, interrogabitur, an talis ſententia ſit eo lata ſit. ff. de inter. l. penul. & ſi negauerit, cogetur edere, vel iudex pronuntiabit ſi qua ſententia apparuerit pro Petro in tali cauſa lata, nullas vires habeat. argumentum eodem titul. l. non alienum. Nam confeſsioni ſuæ factæ in iudicio ſtandum eſt. ff. ad. leg. Aqui. l. proinde. Si reſpondere noluerit, habebitur pro confeſſo. ff. de interrogator. action. l. de ætate. §. qui tacuit. de confeſſ. capitulo ſecundo. ¶ Item contra iſtum, qui dicit nullam ſententiam pro ſe latam, prouidendum eſt actori, vt negatio ſua ſicut & confeſsio facta contra ſe authenticetur & publicetur, quæ ſic authenticata & publicata, obſtabit ipſi reo in perpetuum, etiam in alio iudicio. C. de libe. cauſa. l. iubemus. ſecũda quæſtione prima. capitul. multi. & ad hoc facit quod legitur & notatur in capi. ſignificauit. de teſtibus. & capitul. Albericus. ſuccurritur tamen reo, ſi probabiliter deceptus fallit tñ Iaſo. in. l. ij. C. de eden. per gl. in. §. ſi quis autem nõ implens, in ver. admonitus, in auẽ. de hære. & fal, vbi requirit binam monitionẽ ante, q̃ qs poſsit priuari ſuo iure incontinenti. Sed de veritate illius gl. vide per Feli. in c. ex literis. in. vj. col. ſ. de conſti.

d ¶ Intellige tñ ſanè, dũmodò pars cõtribuat in expẽſis, quas fecit in redimẽdo ſententiã à notario: ita dicit Fulg. ĩ. d. l. is apud quẽ. C. de edẽ. in. ij. col. ſub dubio tñ fortè dicẽs hoc ſibi videri multũ æquũ. Idẽ tenet Pau. ibi: ſed ante eos iſtud tenet ibi generaliter Bal. in. l. ij. ad fi. in ver. iuxta hoc quærit pone, q̃ ille à quo petit editio. &c. vbi generaliter concludit, q̃ qs nunquã tenetur dare copiã alicuius inſtrumenti vel actus: niſi prius tribuatur in expẽſis ſolitis notario p regulã. l. cũ ſæpe. C. de erog. mi. an. li. xij. & l. iij. ff. finiũ regũ. Eſt verũ, q̃ Bal. alleg. l. iij. debet allega. l. iiij. Idẽ tenet Inn. iu. c. j. de pb. Spe. in ti. de inſtr. edit. in. j §. videndum. in verſi. ex præmiſſis. Et pro hoc q̃ debeat fieri cõtributio in expẽſis, eſt text. melior de iure, in. l. fin. C. de bonis autho. iud. poſſ. in ver. & expenſas, ſecundũ debitorum quãtitates perſoluãt.

e ¶ Iſta ſolutio Panormitan. non ſatisfacit domino meo. d. Iaſ. in. d. l. is apud quem. in. v. colum. quia dicit ipſe, quòd non eſt verum, q̃ in caſu noſtro iudex appellatiõis, de cuius iuriſdictiõe dubitatur, videatur pronuntiare de præludijs, ſeu præparatorijs.: imò dicit diffinire cauſam principalem conſyderato effectu, ſi poſt pronũtiaret inſtrumentũ ſentẽtiæ eſſe nullum & caſſum, & non habere effectum: quanuis non oſtendatur ſententia à qua non fuit intra legitimum tempus appellatum. Nam aliud eſſet, ſi ſolùm pronuntiaret ſe eſſe iudicem in cauſa appellationis: vnde dicit eſſe videndum Baldum, qui ſentit iſtam difficultatem. in. l. prima. eodem titulo. C. de eden. qui conatur aliter reſpondere: quanuis etiam ſolutio ſibi non ſatisfaciat. Sed mihi videtur quòd Panormitanus hîc in fin. defendat ſuam ſolutionem ab impugnatione ipſius: & ſubiungit ibi dominus Iaſon, quòd placet ſibi diſtinctio Imo. hîc.

b ¶ Adde Lap. alle. x. & vide eundẽ Alex. conſi. lviij.

b ¶ Eſt corrupta allegatio. eſt enim in conſi. ccij.

c ❧ SEB. SAPIA. ¶ In terminis. Idem tenet Petr. de Ancha. in. c. j. col vj. de appellatione. in. vj. & Baldus in repe. l. ij. in. vj. char. ff. de iureiur. du

d ſum reſpondet: ſatisfactio tamen debet fieri aduerſario de ſuo intereſſe. ff. de interrogato. actionib. l. de ætate. §. ex cauſa. & hoc ſi poterit probare contrarium per oſtenſionem ſententiæ, vel alio modo. Nam hoc caſu probatio q̃ualebit cõfeſsiõi erroneę. C. de iur. & fac. igno. l. error. ſecundũ Inn. Sed contra hanc ſentẽtiã Inno. facit ſecũdũ Ioã. An. in. c. Romana. §. ſi verò. de app. li. vj. vbi de appellans habet probare ſe intra decem dies appellaſſe. Sed poteſt reſpõderi ſecũdũ eum q̃ prædicta procedunt in illo, qui nõ poteſt id oſtendere ſine culpa ſua. Fede.

b de Se. ſuo conſilio. cciij. [b] licet non multum firmet, videtur tamẽ ab hac ſentẽtia Inn. deuiare. fundat ſe: quia videt hæc ſentẽtia implicare cõtradictionẽ. Nam ſi actor non probat appellationẽ interpoſitam debito tempore, quomodo poteſt iudex appellationi ſe interponere: cum iuriſdictio ſua nõ ſit fundata: videtur tamẽ vel le, quòd contra reũ contumacẽ poſſet procedere illud dictũ per id, qđ no. Cõpo. de reſcrip. c. ſup literis. Hoc vltimũ videt approbare Arc. in. d. §. ſi verò. vbi dicit, q̃ ſi aliqs dicit ſe apellaſſe, vbi nõ appellauit: vel vbi lapſum erat tẽpus appellãdi, vel nõ poterat appellare: qa bis appellauerat tenet ſententia lata in contumacẽ appel. ſup principali: licet aliter non doceat actor ſe appellaſſe, vel intra tẽpus debitũ appellaſſe. Do. Anto. licet non loquatur apertè, videt tamen inclinare in ſententiam Innocen. & dicit, quòd eam ſequitur Lapus alle. x. in fin. & quòd videtur caſus in. l. fin. C. de fid. inſtrumen. & nõ ſtando in verbis, illam ſententiam Innocen.

c puto veriſsimam in terminis [c], in quibus loquitur, ſcilicet cum ſine culpa ſua appellans ſententiam habere non poteſt: licet enim charta continens ſententiam ſit appellati: quia forte eam habuit à notario expenſis ſuis: contentum tamen in charta eſt commune: ideò po-

d teſt iudicis officium implorare, vt reum [d] compellat ad producendum, ex quo aliter eam habere non poteſt: iuxta not. in dicto capi. primo. de probatiõi. Nec obſtat ratio Federici: quia dico, quòd ex quo iudex appellationis habet iuriſdictionem in principali: habet per

e conſequens in præparatorijs [e], vt compellat reum ad exhibendum inſtrumentum ſententiæ: argumen. in. l. ad rem mobilem. &. l. ad legatum. ff. de procuratoribus. & in capitu. prudentiam. de officio delega. vbi bonus textus in ſimili in. c. ſuper literis. de reſcri. Puto etiã præallegatum dictum Archid. nõ procedere ſimpliciter, prout ipſe ponit: quia ſi in veritate non erat appellatum, vel talis fuit appellatio, quę nõ habuit iuriſdictionẽ deuoluere ad iudicẽ ad quẽ: ſententia licet cõtra cõtumacẽ

lata

lata reperiatur à non habente iuriſdictionẽ:ideò non valet.ad hoc cle.ſi appellationẽ.& quod ibi no.de app.Debuit eñ iudex prius pronuntiare ſe iudicem,vel appellatum fuiſſe:& tunc demum procedere ſuper principali, iuxta notabilẽ theoricã Innoc.in.c.ij.de dila.& per Ioan. An.in regula,ſcienti.de reg.iur.li.vj.in mercu.& per do. in.c.ſuper literis.de reſcri.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſola oſtenſione facta iudici abſq; productione inſtrumẽti,nõ dicitur inſtrumentum commune.*
2 *Inſtrumenta contraria directè,vel indirectè,ſibi inuicem fidem derogant.*
3 *Quando teſtes ſunt contrarij,ſtatur dignioribus.*
4 *Producens vel ſcripturas publicas contrarias,vel priuatas, vel vnam publicam,& aliam priuatam,eſt ſibi contrarius & non auditur.*
5 *An reus producendo duo inſtrumenta contraria ad vnum probãdũ,vel duas exceptiones circa diuerſa,audiatur.*

CAP. XIII.

IMputari. ¶ Imputatur producenti ſcripturas cõtrarias in hoc quia inuicẽ ſibi derogãt. Vide clarius ſic. Scripturæ cõtrariæ ab eodẽ productæ,fidẽ nõ faciunt.Ponit primò dictũ.ſecũdò ipſius rationẽ ibi: *cum in ipſius.* ¶ Caſus literalis.aliquis agebat cõtra aduerſariũ ſuũ puta,petens ab eo aliquã pecuniã:ad ſuã intentionem probandã produxit duo inſtrumenta cõtraria:quærebat cui illorũ,vel an neutri ſtandũ eſſet.Reſpondet Papa,q̃ iſtę ſcripturæ contrariæ fidẽ ſibi adinuicẽ derogant:& ſic non valent:& imputet ſibi,qui eas in iudicio protulit:qa in poteſtate ſua fuit,quam voluerit nõ proferre.Debuit enim eas prouidiſſe,& alteram protuliſſe.Ber. ¶ No.j.à contrario ſenſu,q̃ habẽs ſcripturas,poteſt vti illarum altera.Nã ex ſolo vſu illarũ,fides tollit:vt patet hîc in prin.
1 & clarius in fi. ¶ † No.ij.ibi:*in iudiciõ protulit.* q̃ nõ dicit quis vti inſtrumẽto ante,quã in iudicio ſit productũ. Ex quo infero,q̃ ex ſola oſtenſione illius inſtrumenti facta abſq; productione iudiciali,nõ dicitur inſtrumẽtũ factũ cõmune ita:vt alia pars poſsit illius editionem inuito domino petere.Et ſic intellige no.per gloſſ.in.l.ff. de eden. ¶ Nota ibi:*cum ipſius.&c.* q̃ quis non cogitur edere ſuũ propriũ inſtrumentum,etiam ſi ſit contrariũ illi quo in
2 iudicio vtitur.quod tenemenți. ¶ † Glo.ſi.facit tria. primò quærit in qua contrarietate verificatur ille tex.reſpõdet,q̃ tã in directa quã in indirecta:& vtriuſq; ponit exẽplũ.Primũ tamẽ exẽplũ de directa contrarietate non placet doc.quia non eſt talis contrarietas,per quam fidei alterius inſtrumenti derogetur. Sunt eñ hæc cõpaſsibilia, q̃ tunc promiſeris mihi ſoluere:& ego per aliud inſtrumentum fecerim tibi pactum de non petendo.ſed contrarietas hoc caſu reſpicit intentionem agentis:quia feci tibi pactum de non petendo,nequeo effectualiter petere. Alij ponũt alia exempla,de quibus non curo. Satis eñ eſt q̃ vbi inſtrumenta ſunt contraria directè,vel indirectè: vt fidem ſibi derogent. ¶ Secundò gl.quærit,an diſpoſitio huius.c.habeat locum ſiue ab eadẽ,ſiue à diuerſis partibus inſtrumenta contraria producãtur. Et concludit,q̃ non ſolũm habet locũ,qñ ab eadem parte:de quo j.latiꝰ dicam. ¶ Tertiò quærit,an idẽſit in teſtibus contraria deponẽtibus ab eadẽ parte productis.Et reſpondet q̃ non: & rationẽ diuerſitatis exprimit.hoc voluit tota iſta gloſ. ¶ Sed tu colligẽdo dicta aliorũ,diſtingue latius,concludẽdo mentẽ.cap.& gl.q̃ aut inſtrumenta cõtraria producuntur in iudicio:aut teſtes.Primo caſu,aut eſt vnum inſtrumentũ cõtrariũ:aut plura:ſi vnum derogat ſibi fidem niſi aliqua cauſa ſubdiuiſiõe ſaluari poſsit.ad hoc.c. inter dilectos.§.cæterũ.ſ.eo.&.l.vbi repugnãtia.ff.de reg. iur. tenet Bar.in.l.ſcripturæ.C.eo.Si plura,aut producuntur ab eadẽ parte:& tollunt ſibi fidem:vt hic,&.d.l. ſcripturæ.niſi per diuiſionem ſiue interpretationẽ ſaluari poſsit dicta contrarietas.arg.c.cum tu.de teſt.&.c.nihil obſtat. de verb.ſig. Aut à diuerſis partibus:& ſtatur digniori,in l.optimã.C.de contrahẽd.& cõmit.ſtip.& in.l.ſcripturas C.qui po.in pig.ha.de quo in Spe.de inſtru.edi.§.poſtremo.aliâs inſtrumentũ.ver.ſed pone produco.Si verò per
a omnia ſunt æquales,[a] tunc iudicabitur contra illum, qui probare debebat,quaſi nihil ꝓbauerit quia cũ tanta fides adhibeatur vni ſcripturæ ſicut alteri:nihil ergo eſt probatũ:& ſic ſi reus habebat probare iudicabit contra eum.
b Idem in actore,[b] niſi cauſa eſſet fauorabilis iuxta ea,quæ leguntur & notantur in.c.ex literis.de prob.& vide circa hoc quod dixi in.c.in præſentia de prob.vbi dicitur, an & qñ inficiatur probatio vnius per probationẽ alterius.
3 ¶ † Secundo membro principali,qñ teſtes ſunt contrarij dicitur q̃ indiſtinctè ſtatur dignioribus:per rationem gl. & expedias latius hunc articulũ per not.in.c.in noſtro.ſ.
4 de tex.vbi dixi. ¶ † Sed circa prædicta quæritur de duobus.Primò,an diſpoſitio huius cap.procedat tam in ſcripturis publicis,quã priuatis.glo.in.l.ſcripturæ.præalleg. videtur intelligere de publicis.Si enim vna eſſet publica & altera priuata:tunc ſtaret digniori:per.d.l. ſcripturas. Io.An.dicit ſe audiuiſſe aliquos legũ doc. ibi tenẽtes hoc locũ habere,ſiue vtraq; ſcriptura ſit publica, ſiue priuata ſiue altera publica & altera priuata. AEq̃les eñ ſunt quo ad hoc quando ab eadem parte producunt,licet differant quo ad aduerſarium conuincendum.Et dictum glo.contrariæ procedit,quando à diuerſis partibus producũtur. & ſic loquit.d.l.ſcripturas & hoc mihi placet:quia reſpectu eiuſdem producentis,nulla apparet diuerſitatis ratio inter publicam & priuatam:cũ illa producendo videatur omnia in eis contenta confiteri.iuxta not.per Inno.in.c.
fabulentur: vt in dicto capitulo. clericus. & in c. ij. facit C. de adult. authen. ſi quis ei. Et licet Barto. in. l. furem. ff. de fur. dicat probari adulterium, a ſi aliquis fuit depræhenſus in domo alicuius pulchrę mulieris: quia eſt actus propinquus: tamen contrarium ſentit poſt glo. in. l. capite quinto. ff. de adul. vbi dicit requiri ad probationem delicti, quòd fuerit depræhenſus in actibus venereis. vñ puto, quòd ſi fuiſſet repertus in camera cum muliere ſola, horis ad hoc cõmodis: hoc ſatis ſufficeret ad probationem delicti, Vel ipſam oſculãtem: vel ipſam tangentẽ: vel in ſimilibus actibus propinquis: aliâs ſecus. Et hoc videtur probare iſte tex. Nam iudex iſte coram quo vertebatur quæſtio per ſupradictas probationes: & etiam per credulitatem teſtium noluit moueri: nec Papa in hoc eum reprehendit, ſed voluit inſuper recipere iuramenta illorum: item habuit famam viciniæ: imò Papa videtur approbare & omnia ſimul ponderare: vt patet in reſponſione ipſius in verſ. *nos.* ibi: *quæ dicta ſunt &c.* Concurrebat hîc tertio fama vicinię, quæ per ſe non probat, in. c. ſi duo. xxxv. q. vj. & in cap. ſuper eo. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. Concurrebat quarto aſſertio viri & mulieris iuramento firmata, quę per ſe fidem non faciebat in p̃iudicium matrimonij, dictis iuribus. c. ſi duo. & c. ſuper eo. Ex quibus patet, quòd nullum prædictorum per ſe faciebat fidem. nunquid autem confeſſio iſtorum cum fama ſuffeciſſet: ſunt opin. Ego autem remitto ad plenè not. in. c. ſuper eo. & c. ſi duo. præall. vbi de hoc: & ea, quæ leg. & not. in ca. præterea. de teſt. vbi habetur de modo probandi copulam. glo. omnes ſunt faciles. ¶ † Vltra alios hîc q̃ro, an appellatione vxoris veniat illa cum qua contractum eſt matrimonium per verba de præſenti, non tamen adhuc eſt ad domum traducta, nec carnaliter cognita. & iſte text. in prin. facit, quòd nõ: dum appellat iſtam talem ſponſam: & quærebatur, nunquid poſſet iſte iuuenis illam habere in vxorem nõ obſtante affinitate præſumptiuè probata. Et facit hoc ad quæſtionem arduam b, in qua conſului hîc Senis, quæ præſtitit mihi cauſam latius proſequendi hanc materiam. Quæſtio fuit talis: Quidam. A. contraxit ſponſalia per verba de præſeuti cum. L. & ab ea recepit dotis nomine mille. contingit, q̃ antequàm ſic deſponſata duceretur ad domum, vel aliter conſummaretur matrimoniũ, vita finita extitit: q̃rebatur, an c dictus ſpõſus lucraretur c dimidiã dotis: viſo ſtatuto infraſcripto, cuius tenor talis eſt: videlicet. Si qua deceſserit ſine filijs, viro cui nupta eſt, tempore ſui obitus remaneat dimidia pars ſuarum dotium apud maritum, non computato in dicta dimidia lucro donationis propter nuptias: qua parte maritus priuari poſsit: poſtmodum fuerunt factæ ad dictum ſtatutum aliquæ additiones, in quibus ſemper fuit facta mẽtio de filijs exiſtentibꝰ: vel nõ. & hãc queſtionẽ plenè proſecutus fui in conſi. quod inci. facti cõ d tingentia d &c. & principaliter conſiſtit eius deciſio ſuper illa quæſtione, an talis mulier dicať nupta: & vir dicatur maritus ex quo non fuerat facta traductio ad domum viri: nec aliter carnaliter cognita. ¶ Et proſequendo, dic aliqua vtilia ſuccinctè. tamẽ videtur primò, quòd dicatur nupta: & ſic vxor: & hoc videtur probari per tex. not. in. l. cum fuerit. ff. de condi. & demon. vbi apertiſsimè probatur nuptam dici, ex quo interuenit ad matrimonium conſenſus de præſenti. licet nondum fuerit cognita, nec traducta: quia ſolus conſenſus facit matrimonium, & non commiſtio carnalis: vt probatur in fine illius legis & hoc tenet gloſſ. & Bar. ibi ad idem. c. ſufficiat. xxvij. q. ij. ¶ Scđò principaliter probare videtur, per. l. iij. ff. de dona. inter vi. & vxor. iuncta gloſſ. in ver concubinæ. ibi not. quòd poſtquàm interuenit conſenſus ad matrimoniũ inter virum & mulierem, appellatur matrimonium: & ipſi contrahentes dicuntur maritus & vxor: & quanquàm gloſſ. ibi dicat hoc procedere de iure canonico: tamen dicò idem dicendum de iure ciuili: vt probatur in authen. de nup. §. nuptias. & ibi vide bo. gloſ. ¶ Tertiò hoc p̃bo p̃ multa iura canonica, quæ cõmuniter dicũt matrimoniũ verũ eſſe ex ſolo conſenſu de præſenti. licet aliud non interuenerit: vt patet in ca. fi. de ſpõſa. duo. & in. d. c. ſufficiat. & ĩ. c. cũ initiať. cũ multis ſeq. xxvij. q. ij. Ad idẽ. c. ynũ de voto. libro. vj. & not. per Ho. in. c. ex publico. de conuer. coniu. Facit etiam diffinitio matrimonij, quæ ponitur & declaratur. xxvij. q. ij. in prin. & ſup rub. de ſpõſali. ¶ Quartò videť de hoc caſus ſcđm intellectũ Bal. ĩ. d. l. Deo nobis. C. de Epiſ. & cleri intelligendo. q̃ ibi non interuenerat carnalis copula: quod eſt

vſi. feu. & idem Bald. in. c. j. in. iij. colum. de prohi. feu. alie. per Fed. & in. c. quãdo maritus ſucce. vxo. in bo. in vſi. feu. & in authen. reſ, quæ. C. communia deleg. & vide Roma. in authen. prętereà. C. vnde vir & vxor.

d Facti contingentia. Adde, quòd illud cõſil. Panor. hîc ab eo allegatum, eſt primum in ordine. volu. j. Alexã. Loſeus.

præſumendum: cum alter potuerit ingredi religionem altero in ſeculo remanente: vt in. d. c. ex publico. de conuer. coniug. In contrarium facit iſtud. c. & c. ſicut ex literis. & c. penulti. de ſponſa. ¶ Pro ſolutione aduertendũ, qꝓ verbũ nuptiæ multipliciter in iure capit. Qnq; em̃ capitur pro ipſa mera eſſentia cõiugij, q ſolo cõſenſu de præſenti interueniẽte cauſatur: vt probatur in. d. l. cum fuerit. & d. §. nuptias. & c. omne itaq; nuptiarum bonum. xxvij. q. ij. cum ſimi. Quandoq; ſumitur pro ipſa commiſtione carnali, quæ interuenit contracto prius matrimonio: vt probatur. in. c. quod autem. & c. quidam. & luce clarius in. c. genuit. maximè iuxta gloſſ. iij. quæ hoc tenet apertiſsimè. ea cauſa. & qõ. & ibi aliquid per Archi. Quandoq; ſumitur pro apparatu & feſtiuitatibus quæ fiunt tempore, quo vxor ducitur ad domum viri: vt probatur in. c. noſtrates. & c. fœminæ. xxx. q. v. Et ſic capitur in Euangelio, vbi dicitur: nuptię factæ ſunt in Chana galileæ. & c. & quòd Chriſtus ibi in cõuiuio fecit de aqua vinũ. & ita ſentit Gaſp. de Cald. ſuper rub. de ſponſa. vnde in quibuſdam locis appellantur in vulgari, le noze. Item ſciendum, quòd verbum matrimonij, ſeu coniugij, quandoq; verificatur in matrimonio cõtracto per verbum de preſenti: licet nõdum ſit carnali copula conſummatũ: & vulgariter appellantur ſpõſalia per verba de præſenti: vt in iuribus ſuperius alle. Quandoq; verificatur verbum matrimonij, ſeu vxoris & mariti, ſolũ in coniugio carnali copula cõſummato: vt no. probatur in. c. debitum. in prin. & in fin. de biga. & hîc & in. d. c. ex publico. & elegãtius in. c. ſi quis deſponſata. xxvij. q. ij. vbi dicitur, qꝓ ſi quis deſponſata & tradita vtitur ritè, coniugium appellatur. ad idem. c. quapropter. & in. c. in omni ea cauſa &. q. Et vnde ſurgat hęc diuerſitas, ſatis poteſt colligi ex his, quæ le. & not. in d. c. debitum. & per gloſ. in. d. c. quapropter. & per doc. in. d. c. ex publico. His p̃miſsis dico qđ de ꝓprio & ſtricto ſignificato verborũ, marit⁹ & vxor & matrimoniũ appellari poſſunt, poſtquam interuenit conſenſus de præſenti, ſponſus & ſponſa, & ſponſalia ante talem conſenſum de præſenti, & poſt conſenſum de futuro. Nam dicuntur ſponſalia à ſpodeo, ſpondes: qđ idem eſt, quod promitto promitis. inde ſponſa: id eſt ꝓmiſſa. ſed poſt cõſenſum de præſenti nõ poteſt dici ſtrictè, ſeu propriè ſponſa: quia nõ ſolũ eſt promiſſa, ſed obligata & nupta. Sed propter ſignificationem matrimonij, ex quodã largo ſignificato verborum non poteſt adhuc dici maritata ſeu coniugata, ex quo adhuc non eſt traducta ad domum viri: quaſi adhuc in effectu ſit ſine iugo, & ſine viro: & quodammodo promiſſa reſpectu effectus matrimonij. & ſic poſſunt loqui iura in contrarium alle. Quare concludendo, quòd vbi agitur de materia odioſa appellatione vxoris, vel mariti, ſeu matrimonij, nõ venient ſponſalia cõtracta per verba de præſenti: nec ipſa ſpõſalia contrahentes. Si autem agitur de materia fauorabili, veniunt etiam ſpõſi, qui contraxerunt per verba de futuro: vt in. l. non ſine. C. de bo. quæ lib. vbi pulcher caſus. Si verò materia eſt indifferens, venient illi qui tantum contraxerunt per verba de præſenti: licet copula nõdum interuenerit: & fortius ſi interuenerit. In materia odioſa verba non capiunt ita ſtrictè, ſicut importare poſſunt ex proprio ſignificato verborum: maximè, quando reperiuntur habere aliam ſignificationem viciniorem: vt in. c. cum dilectus de conſue. & in. c. cum in cunctis. de elect. iuncto. c. ſi compromiſſarius. eo. titu. lib. vj. facit quod leg. & no. inc. ſtatutũ. eo. titu. lib. vj. & per Ioan. An. in regu. odia. de reg. iur. lib. vj. in mercu. & per hæc poſſunt reduci ad concordiam iura ſuperius allę. & longè plenius hanc materiã proſequor in dicto conſilio: ſed iſta ſufficiunt in præſenti paſſu.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Frater, an ſit idoneus teſtis pro & contra fratrem: & an poſſit compelli. & numero. 8.*
2 *Standum eſt dicto teſtis iurati, & prævalet dictum iuratum dicto non iurato: niſi pro dicto non iurato ſunt præſumptiones.*
3 *Per præſumptionem minarum, quis condemnandus non eſt de homicidio, de quo neſcitur à quo actum ſit.*
4 *Cautio ſufficiẽs põt peti ab illo, qui eſt ſuſpect⁹ de pœnitẽtia nõ peragẽda.*
5 *Condemnatio de crimine quantuncunque graui poteſt fieri per præſumptionẽ, quæ oritur ex deficientia in probatione, vel purgatione.*
6 *Epiſcopus ex officio poteſt procedere contra hæreticos: & multa ponũtur ad intelligentiam capituli.*
7 *An de cauſa criminali poſſit fieri compromiſsum?*
9 *Iuramentum non exigitur in purgatione faciendi.*
10 *Dictio præter, an ponatur incluſiuè, vel excluſiuè.*
11 *Per compromiſsum ſimpliciter factum non expirat iuriſditio delegata ſuper illa re.*
12 *Compromiſſum expirat, ſi itur ad iudicem ordinariũ, vel delegatum.*
13 *Delegati, qui pronuntiauerũt, vt arbitri poſſunt pronũtiare, vt delegati.*

¶ CAP. XIIII.

ITeras. ¶ Propter præſumptionem etiam vehementem, non debet quis de graui crimine condemnari, hoc dicit. In prima iudicũ conſultatio. In ſecunda reſpõſio: ibi *. nos vero .* quę ſubdiuiditur. In prima ponit motiuum mandati. In ſecunda mandatum. ibi. *quocirca.* Et pone caſum literalem, vt patet ex litera iũcta gloſſ. in ver. purgando. quæ ponit partẽ caſus. ¶ Caſus literalis Epiſcopus Altiſiodorẽn. impetrauit literas cõtra quoſdam Burgenſes de charitate, quos impetebat de hæreſi: quorum vnus exiterat. G. de quo hîc agitur, vt cauſa poſsit facilius expediri, vtraq; pars compromiſit in duos de iudicibus ſub certa pœna reſeruata ſibi: nihilominus delegata poteſtate coram arbitris iſtis proponebat Epiſcopus, quòd. G. erat hæreticus & periurus pro eo, quòd dum ipſe. G. ſuſpectus de hæreſi confeſſus fuit hæreſim ſuam apud charitatem, redeundo ad catholicam vnitatem: & idem confeſſus fuit de quodam fratre ſuo, quòd eodem laboraſſet errore: & cum poſtmodum frater ille coram Bituricen. Archiepiſcopo de hęreſi conueniretur, purgatio ſibi fuit indicta per Guil. fratrem ſuum, qui verè catholicus credebatur: ipſe. G. purgauit fratrẽ ſuum, quem primò hæreticum aſſerebat: & ideo Epiſcopus proponebat ipſum. G. duo contraria dixiſſe: vnde & periurus & hæreticus dicebatur ab ipſo Epiſcopo, & in hæreſim relapſus: Ipſe verò hoc negabat: quia licet de ſe confeſſus fuiſſet, de fratre tamen nihil dixerat: ſed Epiſcopus ipſum conuicit per teſtes. Propter huiuſmodi contrarietates iudices iſti habuerunt. G. de hæreſi ſuſpectum: vnde miſerunt illum cum literis ſuis ad Papam. His omnibus diligenter conſyderatis, dominus Papa habuit iſtum Gui. vehementer de hæreſi ſuſpectum: tũ, quia qđ bene dixerat, poſteà negauit ſe dixiſſe: tùm, quia vel mendacium prius dixerat in fratrẽ, aſſerendo illum hæreticũ: vel poſteà periurium cõmiſsit in Deũ, purgãdo illum de hæreſi: quorum vtrunq; reddit eum valde ſuſpectum. veriſimilius tamen videtur, quòd eo tempore quo reuertebatur ad fidem tàm graue mẽdacium nõ dixiſſet infratrẽ: niſi fuiſſet accenſus zelo catholicæ fidei: vnde præſumitur, quòd cum poſteà purgauit eum de hæreſi, turpiter deierauit. Vnde Papa mandat iudicibus præſentibus, quatenus cũ propter ſolam ſupicionẽ noluit illũ de tàm graui crimine condẽnari talẽ & tantã ſecuritatẽ ab ipſo recipiãt prętęr iuratoriã cautionẽ: qđ timore pœnæ tẽporalis debeat coerceri: diſtrictam pœnitentiam iniungentes eidem:

ex qua

ex qua appareat, an sit verè pœnitens, an fictè conuersus. & si taliter eum verum catholicum cognouerint, non permittant eum vlterius indebitè molestari: alioquin tanquam hæreticum eum cõdemnẽt. Ber. ¶ Not. Episcopum posse aliquos de hæresi impetere iudices delegatos, impetrando. ¶ Secundò not. quòd super causa hæresis potest compromitti, etiam in iudices delegatos: & sic potest quis esse delegatus & arbiter, etiã in causa criminali. quod
1 qualiter procedat j. dicetur. ¶ † Not. quod quis potest testificari[a]
a pro & contra fratrem. hoc tamen apertè non probatur: quia in primo iudicio fuit sponte confessus contra fratrem: in secundo fuit vnus de compurgatoribus, qui in multis æquiparantur testibus. ad hoc quod leg. & nota. in capitu. constitutus. de purga. cano. in gloss. in ver. tolerentur. Dictum tamen est verum, saltem in ciuilibus: de quo tamem dic, vt not. gloss. iij. questio. v. c. j. & in. c. si testes. §. item lege Iul. & in §. parẽtes. iiij. questio. iij. ¶ No. quòd vbi duæ præsumptiones contrariæ oriuntur contra aliquem, standum est validiori: & sic vna præsumptio vehementior elidit aliã minus vehementem. & ad hoc quotidie allegatur iste text. & colligitur hîc: quia iste. G. primò dum rediret ad fidem, confessus fuit fratrem laborare eodem morbo: posteà verò in alio iudicio, dum fieret inquisitio contra fratrem, purgauit illum cum iuramento, dicendo quòd credebat illum fuisse & esse catholicum. Et sic aut primò dixit mendacium, aut posteà periurium: sed Papa arbitratur, quod potius incidat in periurium: quia non est verisimile, quòd iste tempore conuersionis suę dixisset mendacium in fratrem: erat tamen præsumptio pro secundo dicto: quia fuerat iuratum: sed prima præsumptio erat validior. ¶ † Et ex hoc & ex tex.
2 singu. not. quid si concurrunt duo dicta contraria ab eodem vnũ
b cum iuramento[b] aliud sine: standum est dicto non iurato, si coniecturæ sunt pro eo magis, quàm pro dicto iurato. Cæteris ergo paribus potius præsumendum est pro dicto iurato: licet posteà emanato, quàm simplici assertioni prius factæ. & faciunt hîc not. ad ea, quæ tetigi in capi. per tuas. de proba. & contra Barto. in. l. eos. ff. de fal. quòd si testis prius dixisset vnum extra iudicium sine iuramento: & in iudicio dixit contrarium cum iuramento: standum est secundò dicto propter præsumptionem iuramẽti: nisi subsint aliæ præsumptiones pro primo dicto: sicut hîc erant: quia tempore, quo dixit primum dictum erat accensus zelo fidei orthodoxæ: id est catholicæ: cum nouiter reuerteretur ad fidem. Itẽ amor fraternus, quia non est verisimile, quòd falso illũ dixisset hæreticũ.
c & hoc bene not. [c] ¶ † Not. q̃ suspicio non sufficit ad condemna-
3 tionem alicuius, etiã si sit vehemens: litera tamen à contrario videtur probare q̃ in crimine non graui sufficit vehemens suspicio. De hoc tamen dic, vt plenè dixi in capitu. quanto. §. eo vnũ tamẽ apertè probat hæc litera, quòd quãto crimẽ est grauius, tãto præsumptiones debẽt esse vehementiores: quia vbi maius periculum, ibi cautius est agendũ: vt in. c. vbi periculum. de elect. lib. vj. & facit hęc litera in argu. secũdũ Io. An. q̃ propter prę̃sumptionẽ minarũ, vel iniuriarũ, nõ sit cõdemnãdus de homicidio, de quo nascitur à quo factum sit. & remittit ad Specu. eodẽ. titu. §. ij. versic. sed pone. P. minatus est. vbi dicitur velle Specu. quòd hoc sufficiat ad torturam. vnde vide ibi latius, & tetigi in. d. c. scribã. ¶ No. q̃ conuersus seu reuersus ad fidẽ incidẽs in manifestũ peccatũ, psumitur relapsus: vel nõ plenè conuersus: non hoc tamen solum sufficit ad
4 condẽnationẽ: vt hîc. ¶ † No. ferè nouũ dictũ, q̃ à suspecto de pœ
d nitẽtia peragenda, potest exigi cautio sufficiẽs: [d] scilicet de certa pœna soluenda, si eam non egerit. Quod intellige, qñ pro peccato manifesto imponit publica pœnitentia ab habente iurisditionem etiam fori contentiosi. hoc dico: quia in foro omnino pœnitentiali hæc cautio non exigeretur saltem ab inuito. argu. in. c. si sacer
5 dos. de offi. ordi. &. c. fi. de tẽpo. ordi. ¶ † Vlti. not. ex fi. literę quòd de crimine quantuncunq; graui potest quis condemnari ex præ-
e sumptione violenta, [e] quæ satis oritur ex deficientia in purgatione. facit. c. excommunicamus §. ij. de hæreti. &. c. cũ contumacia. e. tit. lib. vj. ¶ Et ex fi. literæ & ex medio not. quòd vehemens præsumptio non sufficit ad condemnationem: sed violenta sic: quod voluit hîc gloss. penul. facit quod not. gloss. in. c. insinuatum. de simo.
6 sed dic, vt dixi in dicto. c. quanto. ¶ † Antequàm veniam ad gloss. declarabo prius aliqua textualia. Primò enim quæro, quare Epi-

a ✠ SEBASTI. SAPI. ¶ Pót testificari. Duas respõsiones ad istũ text, ponit Bal. ĩ. l. parẽtes. C. de testi. aliã addit Frã. Are. ĩ. c. cũ oporteat. j. de accu-
b ✠ SEBASTI. SAPI. ¶ Cum iuramento. Vide Feli. in. c. cum in tua. co. ĩ. ver. quarta cõclusio. ŝ. de testi. & ibi an ille, qui dixit vnum iuratus, aliud non iuratus possit puniri de falso.

scopus impetrauit delegatos contra illos, de hę resi suspectos: cum potuisset ex officio procedere contra istos: vt in capitulo ad Abolendã. de hæret. vbi patet in fn pro hoc bene facit. c. j. de offi. ordi. quòd etiã exẽpti tenẽtur in hoc obsequi Episcopo loci. facit clemen. j. &. ij. eo. titu. Sol. hîc non apparet quis impetrauit istos delegatos. fortè enim dùm impetrarent ab Epi scopo, seu molestarentur extra iudicium, impetrauerunt ipsi istos delegatos, quibus fuit commissum: vt audirent causam inter eos & Episcopum authoritate apostolica. nec apparet hîc qualiter ageret Episcopus contra eos. Inno. dicit quòd fortè Episcopus iste denuntiauit crimen istorum Papæ, vel petebat bona istorum propter hæresim. Host. dicit quòd agebat ciuiliter, vel ex officio impetebat ipsos. argu. in capitulo ad abolendam. Nam si criminaliter non potuisset in arbitros compromitti, q̃ hîc factum fuit. Potest tamen dicere quòd fortè agebatur criminaliter. Nec ob. quòd fuit cõpromissum: quia Papa non approbat, sed recitat hîc compromissum: vt dicit hîc Ioannes Andræas super gloss. vnde dicit, quòd in hoc non est vis. In hoc enim non consistit intellectus, cap. Cui enim applicentur bona clerici, vel laici de hæresi damnati: dic, vt dixi in. d. capitulo excommunicamus §. damnati: & in cap. cùm secundùm leges. eo. titu. libro. vj. ¶ Quæro secundo pro declaratione finis literæ, quomodo apparebit ex iniunctione pœnitentiæ: an sit verus pœnitens, vel fictę conuersus. Sol. secundùm Hosti. & Ioannes Andræas. si paratus est probare dictam securitatem & pœnitentiam benigne suscipere, quàm posteà deuotè & efficaciter implet: præsumptio est de vera cõuersione: alioquin, id est si non vult cauere, vel pœnitentiam recipere: vel licet caueat, & pœnitentiam recipiat, illam tamen negligit adimplere, est præsumptio de contrario. Et hoc satis placet, & elicitur ex ipsa litera. & facit de pœ. dist. ij. c. j. Et ex hac expositione no. quòd non solũ
f deficiens in purgatione punitur: vt conuictus: sed etiam contumax[f] in eam recipiendo: de quo tamen dic, vt not. in. c. excommunicamus. præall. & vide qđ dixi in. c. veritatis. de do. & cõtu.
7 ¶ † Gloss. j. facit duo. Primò instat, an in iudi-
g cem[g] possit compromitti. & dic, vt in ea: & latius vt no. in. c. cum tempore. de arbi. Secundò principaliter, an de causa criminali possit compromitti: & nil boni concludit: sed potius remittit ad capitulum. pe. de in inte. resti. vbi de hoc. Gof. hîc dicit, quòd agebatur ciuiliter. & sic vult, quod vbi de crimine ciuiliter agitur potest compromitti. & idem Host. & idem gl. & Bartol. in. l. non dissi gu n us §. I l an s. ff. de arbi. & potest dici. quod vbi agitur de solo præiudicio partium, potest cõpromitti: secus in præiudiciũ fisci, seu rei publicæ. Facit quod no. in. l. inter §. rectè. ff. de fur. & l. licitatio §. qđ illicitè. ff. de publi. De quo tñ dic, vt pleniꝰ no. in. d. c. pe. &. d. § Iulianus. hîc tñ nihil probatur: vt. ŝ. dixi: quia solũ recitatur factũ. ¶ † Op-
8 h ponitur & videtur, quòd frater[h] non debet

c ¶ Bene no. Adde eundẽ cõsil. iiij.
✠ SEBA. SAPI.
d ¶ Cautio sufficiẽs. Vide qđ per hoc dicunt Host. Io. An. & do. Abba. in. c. grauem. j. de sen. excõ.
e ¶ Violenta. Adde quę posui. ŝ. in. d. c. scribam.
f ¶ Cõtumax. Not. q̃ cõtumax in assumenda purgatiõe punit̃, vt cõuict⁹: vide tex. c. tua nos. de coha. cle. & muli. And. Barb.
g ¶ In iudicem. An. & quando possit cõpromitti in iudicem, aliàs ordinariũ: & de hoc vide bonum tex. iunctа glo. in ver. coniunctionẽ. in authen. si verò cõtigerit. C. de iudi. & vide gl. in ver. in potestate. in. c. innotuit. de arbi. & quod ponit. do. Ant. in. c. exposita. e. ti. Itẽ vide gl. & Archi. in *c. infamis. §. tria. & l. §. si quis verò *iudex. c. seq. iij. q. vij. & vide tex. in. c. cum tempore. & c. cũ olim. & c. ex pte de arbi. & Bar. post gl. in l. sed & si seruũ. §. j. ff. de arb. & gl. in l. j. ff. de iudi. circa medi. gl. magnę.
h ¶ Frater. An & qñ frater possit testificari pro fratre, vel cõtra fratrẽ. & vide de hoc ea. p̃ Bar. & Imol. l. q testõ. §. j. ff. de testa. & ĩ. l. lege Cornelia. & ibi Bal. ff. de iur. p̃ spe. ĩ ti. de teste. §. j. versi. sed nũqd frater, p̃ do. Ant. & Imo. in c. insinuante. de offi. dele. & vide qđ not. ipse Abb. in. c. cum oporteat. super gloss. ij. de accu. & de hoc vide pul. Bal. in. §. testes. in fi. de testam. & per Flo. in. l. testis idoneus. de test. & Imo. in. c. cum. R.

de of.dele.vbi dicit,quòd frater nõ repellitur à teſtificando in cã fratris,ſi ſit religioſa perſona:puta ſi ſit religioſus Ciſtercien. vel Cartuſien. vel etiã laicus,q eſſet religioſa perſona.& pro hoc vlti.facit in fi.bo.tex.in.c.in literis.in fi.ſ.de teſti.& facit ꝓ cõfirmatione iſtius dicti,qđ voluit ſing.do. Ant.de But.in.c.poſtremo.j.de app.qꝫ licet cõiunctus parti poſsit recuſari ab aduerſario:vt ſuſpectus ꝓpter cõiũctionẽ ſãguinis:vt ibi:tñ ſi ille cõiũctus eſſet homo magnę ſanctimonię nõ poterit recuſari: vt ſuſpectꝰ.qđ tenemẽti.¶ Adde,an frater poſsit eſſe teſtis pro fratre, Roma. cõſi.cccIxxxñ.& ꝓ vltimo dicto pceden tis apoſt.facit qđ voluit idem Romo.cõſi.ccccxx. vbi dicit:ꝙ licet aliâs famulus ꝓhibeaſ à teſtimonio ferendo prodomino,ꝙ tamẽ ſi ſit honeſtę vitę,nõ ꝓhibetur. Ant. Frãc.

¶ An & quando frater admittatur ad teſtificandum pro fratre, vide gloſſ. Bald. & doc.in.l.parẽtes. C.de teſtibꝰ:&vide Spe.ĩ tit.de teſte.ĩ.ſ.j.verſi.ſed nũqd frater.&ibi ꝓ Bal.in addi.in ver.j.& vide do. Ant. & Abb.ĩ.c. cũ oporteat.de accu.Et eſt cõcluſio, quod regulariter non prohibetur eſſe teſtis ĩ cã fratris:tñ ĩ multis cãſibꝰ repellitur,aut ſaltẽ minuiť fides:de q bus vide per Io. Ber. de firmo in ſuo rep.ĩ v.frater teſtis ꝓ frẽ. vbi etiã ponit,qñ frater,vl' conũctꝰ eſſet vir magnę ſanctimonię,vl' religioſus poſsit teſtificari ꝓ frẽ:& vide etiam Sal.in.l. etiã omnibus.C. de teſti.

admitti contra fratrem in magnis criminibus: vt in.l.ſi magnum.C.qui accu.non poſſ.gloſſ. in ver.de fratre.dicit illud regulare:ſed fallit in crimine hæreſis,in quo addmittitur etiã cõtra parẽtes.xxiij.qõ.v.c.ſi audieris.¶ Aduerte licet doc.hîc lentè tranſeant.l.ſi magnum.alĺ. in glo.loquitur in accuſatione,& non in teſtimonio.& procedit hoc,niſi vitę fratris fuerit inſidiatus. Nam tunc & mater contra filium,& etiam pater admittũtur ad accuſationẽ:vt no. in.d.l.ſi magnum. Reſpectu vero teſtimonij,dicendum ꝙ aut loquitur in ciuili,aut in crimina li. Primo caſu tenet Specu.in titu.de teſte.ſ.j. verſi.ſed nunquid frater.quod admittitª pro.& contra fratrem:ſed creditur plus vel minus ſecundùm affectionem:quia nulla lex prohibet hoc. Fallit ſecundùm eum,niſi habeant omnia pro indiuiſo:vel ſint ambo ſub poteſtate vnius partis. An autem compellatur teſtificari cõtra fratrem,remittit ad.ſ.de teſtium.verſi.ſed nunquid.eo.titu.& ibi videtur ſentire,ꝙ dando regulam,ꝙ quilibet nõ priuilegiatus in teſtimonio ferendo admittitur & compellitur,ſi non vult:quia iura volunt generaliter teſtes compel li.l.ſi quãdo.C.de teſtib.&.ſ.de teſti.cog.per totum. In criminali verô dicit,ꝙ non admittuntur.iiij.q.iij.d.c.ſi teſtes.ſ.item lege Iul.facit.iij. q.v.ca.j.¶ Aduerte tu ſubtilius:nã pôt dici,ꝙ inter cãm criminalẽ & ciuilẽ certo reſpectu, nulla eſt differentia. Aut em̃ queritur,nũquid frater cõpellatur dicere teſtimoniũ cõtra fratrem,vel aliquem conſanguineum:& dicendũ, ꝙ nõ:ſiue cauſa ſit ciuilis,ſiue criminalis. Et qđ dixi de alio cõſanguineo intellige vſqꝫ ad tertiũ gradum:& idem in quibuſdã alijs perſonis enumeratis in.d.l.lege Iulia.& licet Spec.videatur illam legẽ intelligere in criminali:prout ſentit etiam glo.in.l.parentes.C.de teſtí.glo.tamen in l.lege Iulia.ff.eod.tenet eã ꝓcedere indiſtĩctè, prout generaliter loquitur:& cum illa glo.trãſit ibi Bart.quod mihi plus placet ratione honeſtatis:& vt charitas conſeruetur inter coniũctos:niſi neceſsitas immineret:prout dixi in.c. j.de teſti cogend.¶ Aut quęritur nunquid volens admittatur contra fratrem?& puto,quod ſic,tã in criminali cauſa,q̃ in ciuili:quia.d.l.lege Iulia.ſolum priuilegiat nolentes teſtificari: volentes autem non repellit:quod etiã ibi ſentit Barto. Nam ſolum inter parentes & filios reperitur iure cautum:vt etiam volentes non admittantur: vt.d.l.parentes. Et intellige volentes,quãdo ſunt à parte inducti. Nam ſi ſe offerrent,eſſent ſuſpecti:vt legi.& no.in.l.quę oĩa.ſ.j.ff.de ꝓcur.& in.l. vxori.ſ.j.ff.de fal.vide qđ dixi in.c.ij.de teſti. Aut quęritur,nũquid frater admittať pro fratre in ipſius fauorẽ.& diſtinguo inter cauſam ciuilẽ & criminalẽ:vt primo caſu admittatur:ſed credeť plus, vel minus ſecundùm quantitatem affectionis. Sic intellige gloſſ. iij.q.v.c.j.&.c.in literis.de teſti. Nam nullo iure in totum repellitur. In ſecundo caſu non admittitur:quia agitur de maiori prę iudicio,in quo teſtes debent eſſe omnino integri.& idem videtur in alijs conſanguineis & domeſticis.& ſic loquitur.d.c.j.& facit.xiiij. q.ij.ſuper prudẽtia. Puto tamen,quod in defectum illorum admit
b tantur[b] ſaltem ad faciendum indicium:vt perueniatur ad torturã. arg.in fi.c.de teſti.cogen.& in.c.cum dilectus.& quod ibi not.de
c elec. Et in his caſibus puto fratrem cogendùm[c] dicere teſtimoniũ pro fratre:quia priuilegium eſt,vt non cõpellatur aduerſus fratrẽ: vt.d.l.lege.Iul.quod ceſſat cum agiť de ipſius fauore.ar.in.l.quod fauore.C.de leg.& in.c.& ſi neceſſe.j.de do.inter vir.& vxor. Ex his patet,ꝙ hoc.c.non contradicit dictis iuribus:licet Specu.vbi.ſ. voluerit ſaluare per viam ſpecialitatis:ſcilicet ꝙ ſpeciale ſit in cauſa hęreſis:& ita ſentit hîc etiam gloſſ. Nam nulla eſt ſpecialitas cum hîc non fuerit compulſus dicere teſtimonium contra fratrem: imò in ipſius fauorẽ ipſum purgauit:& in primo dicto non per viã teſtimonij:nec inuitus dixit fratrem eodem morbo laborare puto tamen,quod vbi eſſet neceſſe,compelleretur frater contra fratrem in cauſa hæreſis:non per iſtud capitulum ſed per.c.in fidei.fauorem.de hæret.libr.vj. Gloſſ.in ver. *purgauit*.colligit primo ſtandum ei,quod quis prius dixit:ſiue in iudicio,ſiue extra.ſed hoc ſimpliciter non colligitur ex tex.quia,vt.ſ.dixi,multę præſumptiones concurrebant hîc,ꝙ prius verum dixerat.ſed de materia dic,vt latius dixi in.c.per tuas.de proba.& in.c.cum in tua.ſ.de teſti.Secundò gloſſ.hîc colligit,quod vna præſumptio præponderat alteri. ¶ Oppo.in contrarium de.c.cum inter.R.de elec.vbi inuicem ſe elidunt:communiter ſoluitur,quod aut ſunt paris potẽtiæ:& vna non præpõderat alteri:in contrario.& ſic inuicem ſe tollunt:ſi altera præponderat illa præualet. An autem &quando ſint paris potentiæ vel altera præponderet,diſcernet diſcretus iudex ex varietate factorum,ex quibus præſumptiones oriuntur:vt hîc.& facit quod no.in.c.tranſmiſſę.qui fi:ſint leg.& per Ioan.Andr.in.c.penultĩj. de cri.fal.¶ Gloſſ.penul.oppo.de.l.ij.C.de hæreti.vbi ex leui argumento quis probatur hæreticus. Sol.quod ibi ſufficit leue argumentum quo ad facultatem inquirendi contra eum:non vt habeatur pro conuicto. Vel dic ſecundùm doct.quod ibi appellatur leue argumentum,quod de facili poteſt probari:vt puta,quia aperte erret in articulis fidei:vel non vult iurare,dicens hoc eſſe peccatum: vt in.c.excommunicamus.j.de hærę.¶ Secundo gloſſ. oppo.de cap.dixit dominus.xxxij.q.j. Et ſol.vt in ea.& dic de materia,vt dixi.in dicta.c.quanto.ſ.eo. Et not.gloſſ.quòd contra violentam præſumptionem admittitur probatio in contrarium: vt probatur in iuribus allega.in ead.& in.c.fin. de præsby. non
9 bapti. ¶ Vltimò gloſſ. quærit,† quare ab iſto non exigitur iuramentum, ſicut exigitur regulariter in purgatione præſtanda j. de purga. canonica capitulo quoties. Reſponde, vt in ea. Sed aduerte: quia dictum gloſſ. procedit,ſi dictio præter: ſtat excluſiuè.ſed communiter doctores tenent, quod ſtat incluſiuè: vt ſic vltra cautionem teneatur iurare: & hoc plus placet. Nec obſt. motiua gloſſ quia hoc iuramentum eſt oneris: & non honoris: & ſic non inſpicitur, quod aliâs deierauerit. vt in capitu.
10 cum in eccleſijs.de maio. & obedien.† ¶ Et de hac dictione prę ter:vide quod not.in capitulo dudum.ij.de elect.& capitulo decet.ad fi.de immu.eccle.lib.vj.& per Ioan.de leg.in.cle.ij.de pœ. & plenius per Pau.in clementi.j.de ſumma trinita.& fide catholi. & per Archidia.in capitu.Ebron.xiij.queſtione ſecunda.item frꝰtra fuiſſet hîc facta mentio de iuramento, ſi dictio præter,non includere cum non oportuiſſet excludere id,quod non excludebatur. Nam exceptio debet eſſe de contentis ſub regula: vt not. ſub rubri.de regulis iuris. Et vt dicit Bartolus: in.l.Seio.ſ.vxori.ff. de annu.leg.vbicunq; dictio præter,ponitur inter res quarum vna non continetur ſub reliqua ſtat incluſiuè: ne fruſtra videatur apposita:& videtur probari per illum tex.ſecus ſi vna comprehenditur ſub altera:vt ſi ponitur inter genus & ſpeciem:niſi aliud dicamus in

SEBA.SAPI.

a ¶ Admittiť.Limita.tñ,vt ꝓ Bal.in.l.j.in verſi.quĩto operatur. C.de teſti.vbi dicit ꝙ ſi duo fratres ſunt in poteſtate patris vel ſimul habitãt,repelluntur à teſtimonio: ita ꝙ vnus nõ poteſt teſtificari in cauſa alterius.& idem voluit Gemi.in ſumma.in.iij̃.q.j.Ange.& Salice.in.l.j.C.de raptu.virgi.

b ¶ Admittãtur.Item credo,quòd admitteretur ad probandum innocentiã fratris accuſati:per id qđ ſingu.inquit Spę.in tit.de inquiſi.ſ.j.in verſi.ſed nunqd eas.vbi tenet qđ licet aliâs teſtes domeſtici & cõiũcti repellantur à teſtimonio tã quã ſuſpecti:tñ qñ producerẽtur ad probãdum innocẽtiã accuſati:puta ad ꝓbãdũ defenſionẽ neceſsariã,plenè ꝓbãt,ſicut ſi eſſent cõiuncti,vel domeſtici.Idẽ tenet Bal.in.l.parẽtes.C.de teſti.per iſtum tex.

c ¶ Fratrem cogendum.Sed Bal.in.l.parentes.C.de teſti.videtur inielligere iſtam text.indiſtinctè.And.Barba.

a ¶ Odiosis. Adde a gloss. sing. in cle. j. in ver. facere. de vsur. quæ singu. dicit, quòd si fiat statutum de nouo, ꝙ null⁹ fœnerator, null⁹ vsurarius possit capere pro vsura præter duos denarios ℔ libra: illa dictio p̃ter non includit, nec ponit, ꝙ possit capere illos duos denarios: qa est materia odiosa, quam glos. all'. Bal. pro no. in mille locis: in authẽ. ad hęc. in. iij. colũ. C. de vsur. i. l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthu. in §. quæ iniuriarum. in. l. si eũ. ff. si quis cau. & adde Bart. in. l. actione. C. de transac. & ibi Moder. plenè ponunt, an & qñ hęc dictio præter, stet exceptiuè, & quando augmẽtatiuè: sequit̃ Ang. in cõsil. ccxciij. incip. quomiã in vltimis voluntatibus. in. iij. col. Et de natura ipsius dictionis præter: b vide etiam text. in auth. hoc apli⁹, quem ibi ponderat Bar. in. iiij. col. C. de fideicõ. latè per Alb. in dictionario suo. in ver. p̃ter. & latè etiam per Lud. Ro. ĩ cõsi. cccxxviij. incipiẽs cõsultatio in plura quæsita diuiditur. in. j. &. ij. col. Quid autẽ in dictione vltra. an includat: vel excludat vide. do. Car. in. c. vltra tertiam. de testib. ponit Bar. in. l. v. de do. præle. Bald. in d. §. qui iniuriarum Ang. in consil. cviij. Ange. de Are. in. §. cũ autẽ. in. j. colũ. instit. de adopt.

¶ Adde de dictiõe præter. Old. consil. xlix. & ibi vide de multis alijs dictionib⁹, an stẽt excluſiuè, vel includiuè. Anto. Franciſc. ¶ De dictione p̃ter; & ſimilib⁹ dimus in odiosis[a]: vt velle videt Inn. in. d. c. dudũ. quasi tũc regulariter excludat. dic tñ pleni⁹ de ipsius natura: vt not. in iurib⁹ præl. ¶ Vltra gl. q̃ro: hîc fuit cõpromissum in delegatos, retẽta ptãte delegata: qd si nõ fuisset hęc ptãs reseruata: nũquid expirasset ꝓ cõpromissum? Innocen. hîc quòd non. nihil allegat. ¶ Not. hoc dictũ, † quòd per compromissum simpliciter factũ non expirat iurisditio delegata super illa re. Ego allego cle. quandiu. de appella. & in authẽ. si tamen. C. de tempo. appel. & quod not. per gloss. & Io. And. in capitulo significantibus. dele. per Pau. in dicta cle. quandiu. ¶ Quid econtra, † an expiret compromissum si itur ad iudicem ordinarium, vel delegatum? dic quòd sic: sed pœna committitur: vt. l. si quis rem. ff. de arbit. Item si itur ad alios arbitros. l. sed & si in seruum. & in duabus sequen. ff. eo. Et est ratio diuersitatis: quia potestas arbitrorum est voluntaria: & habetur ab homine. Potestas verò iudicũ est necessaria. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de ver. ob. & in. c. intellexim⁹. de iudi. & habetur à lage, vel à Principe: meritò facilius tollitur prima, quàm secunda. Et vide in hoc, quod latius dicam in. c. ad petitionem. de accu. & vide per Spec. in tit. de arbi. §. finitur. in fin. ¶ Vlti. quæro: pone, † quòd isti delegati ꝓnuntiassent, vt arbitri: sed pars reliqua noluisset stare dicto eorum, & petijsset procedi per eos tanquàm delegatos: quod fieri potest: vt. §. dictum est: nunquid potuissent pronuutiare cõtrarium eius, quod sententiauerunt: vt arbitri? videtur quòd non. argumen. c. per tuas. de probat. Item potest quis suam sententiam rescindere. C. sentent. rescin. non poss. per totũ. Dic cõtrarium: quia nunc pronuutiant, vt iudices: b & tunc prouuntiauerunt, vt arbitri. Item videmus, quòd ex noua causa appellationis retractatur sententia. in. c. cum Ioannes. de fi. instru. & l. per hanc. C. de tempo. app. Et idem iudex à quo appellatum est quãdoq; audit causam appellationis cum alio: vt si appellatur ab Archiepiscopo ad concilium prouinciale, cui præest ipse Archiepiscop⁹: vt in. c. multis. xvij. dist. no. gloss. in capitulo à colla. de appel. lib. vj. & facit in simili ille tex. in. l. j. §. sed & si præses. ff. quando appel. sit. & hoc tenent communiter docto. Et pro hoc vide quod not. in capitulo cum inter canonicos. de elect. in glo. in versi. & confirmauit. vbi concludit, quòd præfectus eligens, vt arbiter: seu compromissarius potest postea ex nouiter gestis illam electionem infirmare, vt iudex: quod not. An autem potuissent isti simul procedere, vt arbitri, & iudices: dic, vt not. in. c. cum ex officij. de præscrip. &. c. nisi essent. de præben. hîc non sunt alia.

SVMMARIVM.

Inquisitio non est facienda propter infamiam à maliuolis ortam, nisi de ama requiratur. 1

¶ CAP. XV.

Cum in iuuẽtute.

¶ Non p ręsumitur incontinẽs in senectute, qui in iuuẽtute cõtinuit; maximè si est literatus. h. d. Dicit in quinq; partes: In prima præmittit exordium circa excusationem Episcopi. In secunda ibi: *licet*. ponit delationem repulsionem & causam. In quarta ibi: *sed vt*. ponit inquisitionis commissionem. In quinta ibi: *qui nobis*. inquisitorum relationem. ¶ Casus literalis. Episcopus Quinquecclesiensis de Vngaria diffamatus erat apud Regem, ꝙ cum quadã sua nepte perpetrabat incestum: propter quod Rex Vngariæ misit literas domino Papæ, denuntiãdo sibi crimen ipsius: postulans, vt malum hoc pnicioſum exẽplo de Vngaria remoueret: Sed quia hui⁹ ſuggestio nõ ꝓcedebat bono zelo: noluit Papa fidẽ adhibere dictis eius: sed voluit scire, vtrum hoc ex charitate procederet. Scripsit Episcopo Aurien. vt prudenter & cautè à Coepiscopis alijs inquireret, vtrum crederetur illum tali peccato respersum. & ipsi Episcopi postmodum rescripserũt domino Papæ: quòd ipsi credebant eum virum honestæ conuersationis, personam ipsius multipliciter commendantes. vnde super hoc scripsit Papa istis Episcopo & Abbati, dicẽs ꝙ Eps idem adeò se maturum honestum & prouidum exhibuit, quòd ab ecclesia Romana pallio meruit decorari: quare non est deleui credendum, quòd postquàm ad senem peruenit ætatem turpiter abiecerit iugum domini: quia huiusmodi labes, quæ aliquando in iuuentute contrahitur, in senectute frequenter purgatur. prætereà non est credendum, quòd vir talis ad hoc se cõuerteret: vt cũ propria nepte abhominabilẽ perpetraret incestum: quia etiam secundùm leges naturale fœdus nihil permittit inter tales personas leuis criminis suspicari. Ber. ¶ Not. præsumendum ꝓ illis, qui iudicio Principis, seu populi, dignitatẽ seu honorem adepti sunt. Nam præsumptio est prima fronte, quòd eorum virtutibus exigentibus honorem adepti sunt. Pro hoc vide bonum tex. lxj. distin. c. miramur. prope fi. hinc glo. colligit ibi argu. quod electus præsumitur melior alijs. Vide ad idem. c. distinct. c. contra morem. vbi dicitur: moribus indecori, pallio decorari non debent. ¶ Aduerte tamen, quia præsumptio ista oritur ex eo, quòd promotor, seu honoris delator facere debet. Nam sæpe cõtrarium contingit. Ideò alibi dicitur: multi sacerdotes, & pauci. multi nomine, pauci re: nec facit cathedra sacerdotem: sed sacerdos facit cathedram. xl. dist. c. multi. & in fi. illius. c. dicitur quòd non qui maior fuit in honore, est iustior: sed qui est iustior, ille maior est. qđ not. ¶ No. ꝙ sępe ex priuilegio conceduntur insignia dignitatis ei, qui illam dignitatẽ non habet. Nam palliũ est ornamentũ Epale: vt. s̃. de vsu pal. per totum: & tamen hîc fuit concessum Episcopo. ad idẽ. c. vt apostolicæ. de priuil. li. vj. ¶ Not. qđ sectator luxurię, dr̃ abijcere iugũ dñi: quia vt dicit Hiero. nõ põt corde toto habitare cũ Deo, qui mulierũ accessibus copulat̃. xxxij. dis. c. hospitiolũ. ¶ No. ibi, *fœtores libidinis*. cõtra indul gẽtes libidini. vñ dicit Socrates: qs em̃ aliquid humani pudoris habens, his duabus voluptatibus coeũdi atq; comedẽdi, q̃ hoi & asino communes sunt, delectatur? quasi dicat delectari nõ debet. ¶ Not. ꝙ libido præsumitur diminui in senectute. Vnde Seneca. cũ cętera vitia cum homine seneſcãt, sola auaritia iuueneſcit. & Terẽtius. ad omnia alia ætate sapimus rectius: hoc vnum præstat malũ senectus: omnes acutiores sumus ad rem, quam expediat. ¶ No. quòd magis detestabilis est luxuria ĩ senectute, quam in

ctionibus, anstẽt exceptiuè, vel excluſiuè: vide Bar. in. l. j. ff. de pig. ac. & in lege si tutor. in. §. si tutor. ff. de pe. leg. & vide Baldum. in. c. j. in §. sed & res. per quos fiat inue. in vſi. feu. & vide Inn. in. c. dudum. ij. de elect. vbi dicit, ꝙ in dispensationibus non includit, sed remouet vitium obiectionis. & vide Bart. in. l. Seio. in §. vxori. de an. le. vbi dicit, ꝙ est dictio excluſiua. & vide Bald. in. l. si ita legatũ. in prĩ. de lega. j. & in. l. cum ita. de do. p̃. le. vbi dicit, ꝙ si legantur cẽtũ præter dotẽ: ꝙ videt esse legata dos: & vide Car. in cle. j. de sum. trinita. & in clementi. j. in §. pe. de hęr. & in cle. iij. in prin. de pœ. vbi distĩguit, an ponatur post præpositionẽ affirmatiuam, vel negatiuam. & vide Dy. in reg. peccatũ. de reg. iur. li. vj. & vide Barto. in. l. si eum. in §. fi. in. ij. colum. ff. si quis cau. & vide Bart. Bald. & Sali. in. l. actiõe. C. de trãsactioni.

b ¶ Iudices. Facit tex. in §. si tutor. insti. de inof. test. & gloss. in regu. ex eo. libro. vj. & adde tex. in. l. tutorem. ff. de his, q. vt indi. vide ad hoc. d. Ant. hîc in vlti. co. & in. c. cũ veniſſent. ĩ. vj. co. versi. no. hanc reg. de eo. qui mit. in poſſ. & vide de hoc, quod plenissimè scribunt do. de Rot. dec. cccix. in ordine meo nouiss.

iuuentute.hinc Tullius libr.j.officiorum.luxuria cum omni ætati ſit turpis,ſenibus maximè fœdiſsima eſt.¶ Not.præſumendum pro viro literato,vt non ita inclinetur ad paſsiones,vt ignarus:nec peccare poteſt per ignorãtiã,ſicut ille.vnde alibi dicitur ignorantia,mater cunctorũ errorum.&c.xxxviij.diſt.c. ignorantia. Et alibi dicit Hiero.ama ſcripturarum ſciẽtiã: & carnis vitia non amabis.¶ Nota,quòd inter coniunctos eſt quoddam naturale fœdus, quod prohibet carnis debitum inter eos præſumi. Alibi dicit lex,quòd natura inter homines quandam cognationem conſtituit,propter quam hominem homini inſidiari nephas eſt.l. vt vim.ff.de iuſti.& iur.¶ † No.arg.quòd propter infamiam ortam à maleuolis,nõ debet ſuperior moueri dd inquirendam.de qua per gl. in.c.qualiter & quando.ij.de accuſa.& ibi plenè dico.¶ Oppo.& videtur,quòd litera ſit cõtraria ſibi.Nam primõ dicit,quòd nõ vult moueri ex maligna delatione.tamen mouetur in eo,quod committit inquiſitionem Epiſcopo Aurien.Soluendo dicit,quòd Papa noluit moueri ad inquirendum de veritate criminis:ſed commiſit inquiſitionem ſuper infamia, quæ eſt preparatoria inquiſitionis fiendę ſuper veritate.Et hîc etiam no,quòd ex denuntiatione facta per non idoneum,poteſt iudex moueri ad inquiſitionem faciendam ſuper tali infamia: quòd ſatis ſentit hîc Ioan.An.& probatur clarè per iſtum tex.Et ſecundùm prędicta limita hîc gloſſ.penul.quæ colligit, quòd propter infamiam[a] à maleuolis ortam,non eſt inquiſitio facienda,vel purgatio indicẽda.Debet enim intelligi de ſolenni inquiſitione,quæ fit ſuper veritate criminis:ſecus in occulta ĩdagatione credulitatis & famæ:vt probatur ſecundùm Ioã. Andr.hîc.quod bene no.Item dic,quòd etiam ſolennis inquiſitio fieri debet ſuper veritate, quando infamia à maleuolis orta eſt apud bonos & graues tanta,quòd generat ſcandalum: vt not.gloſſ.in.c.cum dilectis.de purg.cano.in ver.apud bonos.quã ſic intelligo, & ſic cõcor. cum gl.c.qualiter & qñ.ij.vbi plenè dixi.

a ¶ Iuſamiam.Vide quæ ſcribit Feli.in.c.veniens.j. colũ.xvij.s̃.de teſti.vbi tradit de fama,quæ habet ortum ab inhoneſtis perſonis, an probet: vide eundem Feli.in.c.inquiſitionis.§.q̃ſi uſti.col.iij̃.verſi. ij.no.ex tex.j.de accu.vbi dicit de ĩfamia orta à maleuolis:non eſt curandum.

b ¶ Quod ſic.Adde, quod voluit Bal. conſil. xxvj.j. li. vbi conſuluit, q̃ narrans pontifici ſe ſtudere ĩ iure ciuili.debet potiri gratia,licet ſtudere ĩ ciuitate Mediolani, nõ Perugij,vel Bononiæ.

c ¶ Facilius. Vide Feli.in.cĩ noſtra. col.vj.ver. theorica mentionum.s̃. de reſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Omne expreſsũ,quo tacito gratia non fuiſſet obtenta,ſaltẽ ita faciliter reddit literas vitioſas.*
Scholaris præſumitur facilius impetrare reſcriptũ. quàm alius.
2 *Rector eccleſiæ poteſt cõpelli,vt recipiat clericũ.*
Eccleſia collegiata non poteſt cõpelli,vt recipiat aliquẽ in fratrem,ſi facultates eccleſiæ non ſunt ſufficientes.
4 *Exceptio perẽptoria poteſt opponi in vim dilatoriæ contra reſcriptũ gratioſum.*
5 *Impetrator non tenetur probare omnia contenta in reſcripto,ſi habet intentionẽ fundatã iuris præſumptione.*
6 *Idoneitas extrinſeca,an præſumatur:& ſi nõ præſumatur cui incũbit onus illã probandi.*
7 *Si Papa nominet quẽ clericũ in collatione beneficij: non eſt ſufficiens probatio clericatus.*
8 *Quando aliqua opponũtur contra reſcriptũ,vel cõtra gratiã:cui incũbit onus probandi.*
9 *Si impetrans non exprimit verũ valorẽ beneficij, gratia eſt ipſo iure nulla:& ipſe tenetur probare valorem.*
10 *Si fuit exceptũ de inſufficientia facultatũ alicuius eccleſiæ,cui incũbit onus probandi.*
11 *Fundans ſe ſuper negatiua,debet illã probare.*
12 *Executor ad beneficia poteſt aſsumere partes iudicis.*
13 *Executor quo caſu tenetur ſumere partes iudicis.*
14 *An corã executore ſit lis conteſtanda.*
15 *An & quando ſit appellandũ à proceſsu executorũ ad beneficia.*
16 *An teneat collatio,ſi clauſula appoſita in reſcripto,non verificatur.*
17 *An conferens beneficium ſcienter indigno collatio teneat.*

¶ CAP. XVI.

DVdum.¶ Is pro quo beneficiendo ſcribitur cum clauſula,ſi idoneus fuerit,nõ tenetur probare ſe idoneũ:cum idoneꝰ præſumatur. h.d.Prima pars ponit quęrelam.Secunda dat iudicẽ. ibi. *cauſam.* ¶ Caſus literalis. Quidam ſcholaris.C. nomine impetrauit literas ad Mediolan. Archiepiſcopũ:vt ipſum faceret recipi in clericum & fratrem,ſi perſona eſſet idonea à præſbytero eccleſię ſancti Victoris,in qua conſueuerunt eſſe clericus & ſacerdos:ſed præsbyter ille coram Archidiacono conſtitutus propoſuit,quòd facultates eccleſiæ duobus clericis non ſufficiebant:adijciens,quòd idem.C.non erat idoneus ad beneficium illius eccleſiæ obtinendum:dubitatum fuit & contentio erat ſuper hac idoneitate:an deberet iſte ſe probare idoneum? Vnde propter hoc redierunt partes ad Papam.mandat.[Papa] iſtis iudicibus,vt ex illa clauſula:ſcilicet ſi perſona fuerit idonea,q̃ in reſcripto erat inſerta,eidem ſcholari probãdi ſe idoneum nulla neceſsitas imponatur:cum prima facie præſumatur idoneus:niſi probetur indignus.

1 Ber.¶ Not.j.quòd † quando[cp] in ſcripto fit mentio,quod impetrans ſit ſcholaris:an autem vitietur reſcriptum:ſi impetrans non
b eſt ſcholaris?credo,quod ſic:[b] quia facilius[c] obtinetur gratia hac qualitate expreſſa.facit quod no.Inn.in.c.cũ in cunctis.de elect.& omne expreſſum quo tacito gratia non fuiſſet obtenta,ſaltem ita faciliter:reddit literas vitioſas:vt in capit.poſtulaſti.& quod ibi not.Hoſtien.de reſcript.facit quod not. Specu.de reſcript.præſenta.§.ratione autem impetrantis: verſicu.ſed vbi ſcribitur pro
2 ſcholari.¶ † Secundo not.quod etiam in eccleſia non tamen collegiata poteſt conſtitui beneficium pro clerico ſuper reditibus ipſius eccleſiæ.ad hoc capitulo conquerente. de cleri. non reſidentibus quod ſic poteſt intelligi. Vel dic ſic:not.quòd rector eccleſiæ poteſt compelli ad recipiendum aliquem in clericum & in fratrem:licet pro eo non ſit ſpecificatum beneficium in eccleſia: ſed oportet ſibi prouidere de reditibus eccleſię.Nã in hac eccleſia nõ erat beneficiũ p̃ clerico:nec erat collegiata vt colligit ibi,*facultates eccleſiæ.*&c.¶ Ex hoc ſing.not.quod rector eccleſiæ non ſolũ debet habere clericum:iuxta.c.vt quiſq; de vi.& hon.cleri.ſed etiã poteſt compelli,vt illum ſuſcipiat in titulum eccleſiæ ſuę:vt fic cõſeatur ibi beneficiatus.Et quanquàm hoc.c.loquatur in Papa:idẽ tamen puto dicendum in Epiſcopo.arg.in.c.extirpandæ.in fin.& quod ibi dico de pręben.& facit quod not.in.c.expoſuiſti.de pręben.& in.c.poſtulaſti.de iurepa.& hoc not.¶ † Si autem vis intelli
3 gere,quod hæc eccleſia fuerat iſtituta,vt eſſet collegiata:quod innuit illud verbum poſitum in tex.ibi:*in clericum & fratrẽ*.&c.tunc not.colligi,quod Prælatus eccleſiæ non tenetur aliquem recipere in canonicum & in fratrem,ſeu in clericum,ſi facultates eccleſiæ nõ ſufficiũt:quia clerici nõ ſunt etiã in eccleſijs collegiatis inſtituẽdi vltra facultates eccleſiæ:vt in.c.j.de inſti.& in.c.vno.de ſta.reg' li.vj.& ſic ipſe ſolus capiet totũ.Et hoc puto p̃cedere,ſi bona ſunt cõmunia:ſi autem præbendæ eſſent diſtinctę non video quomodo poſſet iſte excipere contra impetrantem:cum illi ſit imputandum, ſi minus ſufficiens beneficium impetrat:vt in.c.clericus victum. & quod ibi not.xcj.diſtinct.Hîc autem bona erant communia:vt patet ibi facultates eccleſiæ.&c.& ſic agebatur de præiudicio ipſius rectoris:cum minus ſufficiebat,quod in plures eſſet diſtribuendũ:
4 vt in.c.cũ.M.de conſti.¶ † Not.iij.q̃ exceptio perẽptoria contra reſcriptum gratioſum poteſt opponi in vim dilatorię.hoc probatur ibi declinans examen.&c.quod tenet hîc Hoſti.licet aliud ſentiat Innocen.ſed primum verius.Et eſt ratio:quia ſubreptio vitiat reſcriptum ex quo datur iuriſditio.Põt ergo opponi peremptoriè quatenus opponitur ad gratiam:poteſt excipi dilatoriè quatenus opponit cõtra defectũ iuriſditionis.& de hoc per Inn.& alios.de reſcriptis.c.

5 scriptis.c.constitutus. ¶ † No.& tene menti hoc dictum meum, & quasi nouum:quòd Impetrator non tenetur probare & verificare omnia contenta in rescripto,etiam si videantur expressa in forma conditionis,si pro illis habet intentionem fundatam iuris præsumptionem:sed onus probandi contrarium incumbit neganti:vt hîc sing.probatur.& sic limita not.per Ioan.An.in.c.j.de lit.cõte. lib.vj.¶ Vlti.no.q̃ quilibet præsumitur idoneus,etiam ad beneficium obtinendum.facit.j.q.j.c.sicut Christus.& respectu beneficij obtinẽdi intelligo, dummodò sit clericus:aliâs nõ est idoneus: vt in.c.ij.de instit.& in.c.ex literis.de institit.sed respectu bonitatis
a intrinsecæ,quilibet præsumitur bonus[a],etiam si sit laicus:secundùm Hostien.vt in.d.c.sicut.facit quod no.Dy.in re.semel malus.
6 lib.vj.¶ † Sed aduerte,quia fortiter nunc oppo.contra istum tex. idoneitas est duplex.Quædam intrinseca,cum qua homo nascitur. puta,quòd sit castus:sobrius.&c.hæc præsumitur,maximè post baptismũ.d.c.sicut. Quædam est idoneitas extrinseca:vt quod quis sciat cantare,legere,& simi.quæ spectant ad clericum.Et ista non præsumitur:imò si opponitur contra aliquem defectus scientiæ subijcitur ille examini:vt est tex.cum gloss.in.c.si forte.de elect.li. vj.Item verbum idoneitas verificatur in ætate:vt in.c.super inordinata.de præbend.Item vt non habeat quis plura beneficia:vt in c.is cui.eo.tit.libr.vj.Malè ergo dicit tex.quòd iste prima facie est præsumendus idoneus:nisi contrarium probetur.Sol.do.Anto.ta citè videtur respondere huic contrario,dicens:quòd ex quo aduersarius opponit,debet probare:quia cum actum impetrationis iste exercuerit,præsumendus est idoneus.Itẽ hîc fuit facta collatio per Papam,vel alium: & sic status collationis eum releuat ab onere probandi.Item fuit oppositum cõtra literas de non idoneitate.vn de presumptio idoneitatis in hoc fuit,ne impediatur processus sufficiens ad aggrauãdum partem onere probandi.¶ Et sic ponit tres solutiones,quarum vltima est multũ diuersa à duobus præcedentibus:tamen nulla mihi placet.Prima non valet:quia per actum impetrationis non debet præsumi idoneus cum Papa expresse mã
a ¶ Meritò ſubditur. Etiã continuationem reprehendit Pet.hic:quia nimis reſtringit iſtum ti.vbi tractatur principaliter de iuramento pręſtito ſuper actu,vel cõtractu.vide hìc per eũ. t,qa cõtinuatio eſt in genere,ſed debet fieri ad proxima.l.ñ.ff.de ſta.ho.ergo debet fieri ad ti.de pręſumptiõibus. Bal.hìc dicit:viſo de præſumptionibus:ſed quia iuramẽtũ pręſumitur verum:ideo videndũ eſt de iureiur. Poſſet ſic ſummari iudicio meo:viſo de ſpecieb⁹ probationis,vt de teſte,inſtrumentis,& pręſumptiõibus: ſed qa iuramentũ eſt ſpẽs prohationis: qa ex delatiõe ei⁹ fert ſnĩa:vt.l.non erit.§. dato.ff. eo. c.fi.ĩ.e.cũ fi.iõ ſequitur de iureiur. vel ſic:viſo de probatiõe ordinaria. videndũ eſt de ꝓbatione ſubſidiaria. ſed vbi deficit ꝓbatio ordinaria recurrimus ad iuramentũ:vt eſt glo. in.c.ſi verò.de ſẽ. exc.inſti.de act.§. alię.cũ fi.ergo.Et iſta eſt rõ quare ponit poſt pręcedẽtes titulos:quia eſt remedium extraordinariũ.Pondera etiã qa iuramentũ dicit ꝓbatio legitima:vt.c. ſicut. de ꝓba. ergo debuit incipere à iuramento,& nõ à pſumptionibus:quia pręſumptio ꝓpriè nõ eſt probatio:vt gloſ. & Bar.in.l.j.C.de fid.inſtr.& iur.haſtæ fiſ.lib.x. dic, q ex quo iuramẽtum eſt probatio ſubſidiaria:ideò poſtponitur. And.Barba.

¶ Qualis virtutis ſit actus iuramenti, vide beatum Thomam.in.ñ.ñ.q. lxxxix.arti.iiij.per An.de Aret.& do.Iaſo.de May.in.§.item ſi quis.inſti. de actio.

b ✠ SEBA. SAPI. ¶ Iuramentũ. Vide glo.ĩ.c.ſup hoc.ſ.de renũ.q vult q hoc etiã procedat ĩ iuramento pſtito non in figura iudicij.& eam ad hoc no.ibi.d.An.& Io.de Imo.vide Bar.& alios ĩ.l.nã poſteà.ĩ prĩ.ff.de iureiu.

c ¶ Et an periurium ſemper ſit peccatum mortale:vide beatum Tho.ñ.ñ.q. xcix.ar.ñ.&.iij.& in ea.q.art.j.ponit latè,an periurũ poſsit committi ſine falſitate.

d ¶ Firmata. Ponderandũ dicit ſacræ rei:qa Iacobus in ſua canonica dicit: nolite iurare,nec per cœlum,nec per terram.& nunc qualiter pręſtatur iuramentum ſine atteſtatione rei ſacrę. Item in veteri teſtamento pręſtabatur iuramẽtũ:viuit aĩa mea.& ſic ſine atteſtatiõe rei ſacrę. And.Barb.

e ¶ Religione. Item pondera,quia apud Liuium de ſecundò bello punico in prin.ſcribitur,tactis ſcripturis iuran. Ecce qualiter ſine vera religione præſtatur iuramantum.facit.c.mouet te.xxñ.qõ.j.ſed quid ſi reperitur, quòd Titius iurauit:an pręſumatur tactis ſcripturis ad ſancta Dei Euangelia.Ioan.de Imo.conſi.lxxxvj.concludit,quòd ſic.Et idem dixit,ſi notarius iurauit.&c. And.Barb.

ANTONIVS. FRAN. ¶ Super qua materia ſit pręſtandũ iuramẽtum,& de forma ſecũdùm quam debeat iurare,dicas nõ referre ſuper qua materia iuretur:dummodò iuretur. Nam dicit Bar.ĩ.l.qui per ſalutẽ.ff.de iureiur.& Bald.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vẽ.q valet iuramentum pręſtitum per Euãgelia,corporaliter tn̄ tactis quibuſcunq; ſcripturis: aut etiã ipſis Euangelĩs:vt in authen.vt oẽs obe.iudi.prouin.in.§.j.& habetur per Io.Andr.in.c.vt circa.de elect.li.vj.in nouella.& per Specu.in tit.de iura.dela.in.§.j.& vide Bald.in.c.ij.in út.quid ſit inue.& in.c.itẽ ſacramẽta. de pace iura.fir.in vſi.feu.& vide Cyn.& Bal.in.l.teſtiũ.in.j.qõ.& in.l.iurif

De iureiurando Rubrica.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Quid ſit iuramentum, ſacramentum, & iuſiurandũ.*
2 *Super quo eſt iurandum.*

Quia in defectũ probationũ recurritur ad iura

iurandi.poſt glo.C.de teſti.Et vide glo.& do.Car.in cle.j.in.§.porro.de hęre.vbi etiam ponit de iuramento pręſtando tàm à parte,quàm à teſtibus. & etiam ab Imperatore iurante fidelitatem Papę. & ibi etiam dicit poſt gloſſ.quòd non ſufficit præſentia ſcripturę:niſi illæ tangãtur,ad hoc vt iuramentum valeat.Et vide plene.per Alexan.poſt Pau.de Caſt.in.l.iij. §.iurari.ff.de iureiur.vbi etiã dicit q iurans ſimpliciter intelligitur iurare per Euãgelia, vel ſecundùm Bar.in d.l. qui per ſalutẽ. intelligitur iurare per Deum.Et ad de, q iuramentũ nõ pręſtatur ſine verbis ab eo,q loqui põt.ſecus autem ſi pręſtetur à muto: qa ſufficit iurari per ſigna: vt per Alex.in.l.j. in prin. & in.§.j. ff.de verbo.obl.& ĩ.l.q iuraſſe.ĩ prĩ. poſt doct.omnes. ibi.ff.de iureiu. & per Pau.de Ca.& Ro.in.l.iij.ff.de iureiur.& p do Ant. in.c.cum apud.de ſpon.De multiplici autẽ forma iumenti præſtandi per Iudęum habetur per Bar.ĩ.l.iuſ iurandũ. in.§. ait põtor.in fi.ff.de iureiur.& vide q habẽtur in.c.mouet. &.xxñ.q.j. hìc alle.& in.c.q ſtudet j.q.j.& vide Spe.ĩ ti. de iura.cal.ĩ.§. reſtat.verſi.pe.Et adde,q iuramentum Iudęi p Euãgelia,vel p Ieſum Chriſtum, nõ valet,ſcdm Bar.in.l. ait prætor.in .§.iurari.& ibi per Alex.de iureiur.& in.l.ſpadonem.in.§.iam autẽ.ff.de excu. tut. Nec etiam valet,ſi iuret per virginem: cogitur tn̄ ſeruare tale iuramentum:nec peccat Chriſtianus,qui taliter illud recipit à Iudæo,ſecundũ Bar.& Alexã.in.j.conſtitutione fforum.in prin.& habetur per Angel.in authen.iuſiurandum,q pręſtatur ab his.in.§.j. Et adde etiam quòd iuramentum teſtis ſcriptum in actis,præſumitur tactis ſcripturis & ſolenniter quando fuit præſtitum parte præſente & iudice deferente:& per Ioã. Andræ.in addi Specu.in titu.de teſti.in.§.ſequitur.ver. & not.& per do. Anto.in.c.fraternitatis.de teſti.& per do.Abba. in.c.tuis.eodẽ titu.& per Baldum.in.l.iuſiurandi.C.de teſti.& in.c.j.&.in.§.j.quid ſit inueſti.in vſi. feu. & per Alexand.in.l.nam poſtea.in.§.j.& in.l.idem eſt.ff.de iureiuran. Et adde,quòd iuramentum præſtitum per illa verba,Deus ſit mihi teſtis:valet,& obligat: per text.in authentica.quib.mo.natur.effi. leg.in.§. quoniam.& per Alexan.poſt.Ro.in.l.iij.in.§.dato.in fine.de iureiur.Et adde,quod iuramẽtum Epiſcopi fit per ſolam propoſitionem l.b.Euangelici,abſq; tactu ſcripturarum.c.fin.de iuramen.calum.&.c.teſtium.§.Epiſcopus non flagitetur.xj.q.j.& ple.per Specu.in titu.de iur.calum.in.§. pe.& per Cardi.in clemen.j.in.§.porro.præallega.Et ſub qua forma iuret Abbas,vide in capit.ne Dei,de fi.& vide.in.c.nullus.hoc eodem titu. & per Cardin.in clemen.quia contingit.in.j.columna de religi.do.Et ſub qua forma iurent clerici,nõ beneficiati,vide in.c.cũ in eccleſijs.de maio.& obed.Et de forma iuramenti præſtandi per tutorem & curatorem, vide gloſſ. & Cardina.in clementi.quia contingit.in.§.alle. & per Specula. in titu.de tuto.in.§.j.

f ¶ De iureiuran. Tu pondera,quia ideò dicit de iureiuran.quia adhuc nõeſt præſtitum:vnde loquitur de iuramento adhuc non producto in eſſe:& ſic loquitur in genere, & bene:quia omnis noſtra cognitio incipit à genere,poſteà venit ad indiuidua.l.j.ff.ſi certum.pet.l.j.ff.de iuſ.& iu.Philoſophus in.j.ethi. And.Barb.

a ¶ Meritò ſubditur[a] hæc rubr. Eſt em̃ iu
b ramentũ[b] maximũ litiũ expediẽdarũ remediũ l.j.ff.eo.Et alibi dicitur,q oĩs controuerſiæ finis eſt iuramẽtũ.j.eo.& ſi Chriſtus. Vide ad materiã gl.xxij.q.j.in ſum.q̃ ponit,quid ſit iuramẽtum:quid iurare:quæ fuit cauſa inſtitutionis
c iuramẽti:itẽ formã iurãdi,& pœnã ꝑiurij.[c] Proſequamur hîc primũ:ne ædificemus ſine fundamẽto. Nã ignoratis principijs,oportet ignorare ea q̃ ſequũt̃.j.q.j.cũ paulus.gl.pręal.dicit,q iurare eſt aliqd Deo teſte dicere.Iuramẽtũ eſt vox ipſius iurãtis,vel act⁹ ipſe,vel ipſum,q iuratur Hoſt.in ſum.e.ti.§.j.dicit,q eſt aſſertio, vel negatio de aliquo honeſto licito & poſsibi
d li ſacrę rei atteſtatione firmata[d].Cy.in authen. ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer.vẽ.dicit q eſt affirmatio,vel negatio verbis expreſſa cũ vera re
e ligione[e].Tn̄ poſteà nõ ꝓſiſtit in eo,q dixit de expreſsione verborũ,cõcludẽs,q expreſsio verbalis nõ eſt de ſubſtãtia iuramẽti.Nã nõ reperitur ſcdm eũ cõtractus aliqs,ad cuius eſſe verba requirãtur:niſi cõtractus ſtipulationis.l.j.ff.de ver.ob.Quælibet diffinitio p̃dictarũ põt tole
ı rari.¶ † Itẽ ſcias,q iuramẽtũ,ſacramẽtũ,& iuſ iurandũ,ſunt ſynonyma.i,idem ſignificantia quo ad materiã noſtrã.De prĩo & tertio patet hîc in rubro & nigro.Nã in rubro ponit̃ de iureiur.& ĩ nigro tractat̃ de iuramẽto.Patet etiã ĩ.l.iuſiurãdũ.ff.eo.De ſcdò patet ĩ.d.auf.ſacra. Qn̄q tn̄ aliter accipit̃ ſcrm:vt.ſ.de ſacra. non ite.p gl.c.veniẽs.de trãſ.&.j.q.j.c.multi.Quare aũt appellat̃ iuſiurãdũ:dicũt qdã,vt no.ĩ.d.auf. ſacra,q ius ponit̃ ꝑ expreſsione verborũ q nõ placet ibi Pe.& Cy.Et dicũt q ponit̃:qa multa ſunt neceſſaria:vt iuridice iuret̃:quaſi ſit ſenſus
f de iureiurãdo[f],i.de iurãdo iure.i.iuramẽto iu-

¶ CAP. I.

EX administrationis.

¶ Creditores cõpellũtur relaxare iuramẽtum: sed vsuris sibi soluẽdis. h. d. quo ad mẽtũ de quo ad intellectũ generali⁹ sic. Agi põt ad relaxationẽ iuramenti, cuius implementum turpitudinem continet ex parte suscipiẽtis. & est casus no. ¶ Casus literalis. Per verba text. lucidè apparet: ideò per Ber. aliter non exprimitur. ¶ † Not. j. quòd ex iuramento præstito super vsuris soluendis, obligatio saltem secũdaria acquiritur parti suscipienti. Cuius contrarium tenuit do Ant. in. c. debitores. j. eo. sed contra eum iudicio meo est casus hîc. Nam si nulla obligatio acquireretur parti, non compelleretur ad relaxationem iuramenti[b]. Nam relaxatio præsupponit vinculum j. de desponsa. impube. ad dissoluendum. & l. decem. ff. de ver. obli. Nèc esset iste iurans tutus ex relaxatione solius partis: cũ nemo dare possit, quod non habet. j. q. vij. daibertum. &. c. quod autem. de iurepatronatus. ¶ † No. ij. ex hoc & ex text. quod ex puro iuramentò oritur parti suscipienti obligatio, [c] saltem naturalis. Non enim hîc põderatur pactum precedẽs: & presupposito, quòd precessisset nullã obligationem induxisset j. eod. debitores: solũ ergo iuramentum fuit hîc obligatorium. quod videtur contra Barto. in. l. si quis pro eod. ff. de fideiusso. vbi dicit, quòd ex iuramento extraiudiciali, nulla obligatio etiam naturalis parti acquiritur: per illum text. sed licet fortè procedere possit de iure ciuili: secus de iure canonico: ar. opti. hîc. & quia iurans parti, intendit illi promittere, licet ad confirmationem adducat religionem iuramenti. & de hoc aliquid dicetur j. eo. cum contingat. habet enim iuramentum pactum interclusum. ¶ † No. iij. quod iuramentum cõtinens turpitudinem & peccatum ex parte suscipientis, est obligatorum. Satis enim est, ꝙ ex parte præstantis, turpitudinem nõ cõtinet: aliâs non valeret: vt in c. si verò j. eo. xxij. q. iiij. per totũ. Ex quo infero, quòd promittens soluere vsuras non peccat. concor. j. eo. c. debitores. sed tu hoc limita & restringe prout no. Inn. in. c. super eo. j. de vsur. Not. iiij. iudicẽ ecclesiasticum habere iurisditionem in laicos ratione iuramenti, non solum quando agitur ad obseruantiam ipsius: in. c. fi. de fo. cõpe. libr. vj. & in. c. nouit. de iud. sed etiam vt compellat suscipientes ad relaxationem, quod turpiter receperunt. ¶ † Not. vlt. quòd licet iuramentum[d] principaliter obliget Deo j. eo. c. debitores. tamen si ille, in cuius fauorem iuratus, obligationem remittit, non indiget iurans alia absolutione: quia Deus videtur etiam remittere: cum ad vtilitatem alterius iuramentum receperit. Ad idem de spon. c. ij. secus si principaliter iuraretur contemplatione Dei. nam tunc etiam Papa non remittit sine causa: vt dicetur j. eo. c. quanto. Et videtur mirabile, quòd Deus recipiat iuramentum in fauorem facinorosi hominis: Cum Psal. dicit Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Et lex ciuilis dicat, quòd nemo ex improbitate sua debet actionem consequi. l. ita ꝙ fullo. ff. de furt. Solut. potest dici, quòd Deus non consyderat vtilitatem suscipiẽtis, sed religionem & promissionem iurantis. Ex quo enim assumpsit religionem iuramenti ad implementum promissionis, quam potest sine suo peccato exequi: debet ob Dei reuerentiam exequi. sed si suscipiens remittit iuramentum: etiam Deus remittit: quia per Iuramentum nõ intendebat placere Deo: sed satisfacere proximè. ¶ † Venio ad glos. oppo. contra text. videtur enim, quòd creditores non debeãt compelli ad relaxationem iuramenti: cum obligatio quæsita eis sit de iure naturali, quæ per principem tolli nõ debet. in cle. pasto. de re iudic. per Inno. in. c. quæ in ecclesiarum. de consti. Glos. j. metu contrarij, vt arbitror dicit, quòd hoc facit ecclesia ratione peccati: quia sine eorum peccato, non potest iuramentum adimpleri. Ex hac solutatione not. quòd iudex ex officio suo potest occurere peccato futuro & impedire, ne fiat. Facit quod legi. & no. in. c. ex literis: & in. c. ij. de spon. Item potest compellere laicum ad restituẽdam rem, quam sine suo peccato retinere non potest. ¶ Glos. subsequenter quærit, quid si debitor soluisset vsuras, & iurasset non repetere: respondet dando duo remedia. Primum, vt debitor denuntiat hoc

---

a ¶ Verbali iuramento. Ponderã, quia. §. sed nec ꝙ. plenè loquitur, dẽ autho ritate Iocobi in sua canonica: dum dicit. nolite iurare. &c. & sic loquitur de iuramento verbali, & non corporali: tamen realiter & formaliter requirit verba: vt ibi decidit text. Cum autem debet deferri muto, potest dici, vt dicit gloss. in. l. cum notissimi. C. de præscriptio. xxx. annorũ. quòd requiruntur verba in matrimonio contrahendo in valẽ tibus loquisita dicamus in iuramẽto. Andr. Barb.

b ¶ Ad relaxationẽ iuramẽti. Ponderã si dici posit, ꝙ de facto fiat ista relaxatio ex eo: quia istud iuramẽtum erat nullum: quia præstitum contra ius diuinum, ius naturale ius canonicum: quia inrauit soluere vsuras: & ideò Bald. hîc dicit, ꝙ si iurasset soluere vsuras expressè, non valuisset iuramentum. Ideò dico, quòd manauit de facto ista relaxatio. Faciat simile de. c. graue. de offi. ordi. vbi per teipsum relaxes. Si opponitur de a c. debitores. j. eod. dic, quòd nõ fuit expressũ de vsuris soluendis: nec est absurdum, ꝙ ponuntur verba de facto: vt patet in. c. accedens. cũ similib⁹, vt lit. nõ cõte. vide. c. quintauallis. vbi verbũ rueoces. intelligitur de facto. And. Barba.

c ¶ Obligatio. Ponderã ca. sequens, vbi dicitur distrĩgi vĩculo iuramẽti: quia probatur, quòd officio iudicis cõpellitur, & non actiõe ad obseruantiam iuramẽti. And. Bar.

d ¶ Licet iuramẽtũ. Vide Spec. in tit. delegato. §. nunc ostendẽdum. ver. hoc quoq;. Cardi. in cle. j. in xiij. q. de iureiur. Bal. in authen. quod eis. C. de nup. & in. l. j. colum. iij. C. de pact. vbi sentit, ꝙ etiam partes possunt tacitè remittere tale iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Ex iuramento super vsuris soluendis præstito, obligatio saltẽ secũdaria acquiritur parti suscipiẽti.*
2 *Ex puro iuramento oritur parti suscipienti obligatio saltem naturalis.*
Iuramentum continens turpitudinem ex parte suscipientis tantum, est obligatorium.
4 *Si ille in cuius fauorem iuratur, obligationem remittit: non indignet iurans alia absolutione.*
5 *Iudex ex officio suo põt occurrere peccato futuro.*
6 *Quæ remedia competant, quando quis iurauit simpliciter soluere vsuras.*
7 *An remedium, quod creditores compellantur remittere iuramentum sit subsidiarium.*
8 *Quæ remedia competant iuranti soluere vsuras, & nullam quæstionem mouere.*
9 *Quæ remedia competant quando vsuræ sunt solutæ: & qui iurauit non repetere, & nullam quæstionem mouere.*
10 *Nunquid in absolutione à iuramento sit citanda pars.*
11 *Filij legitimati succedunt vna cum legitimis ex alia vxore postea natis. Et sic nota, quod legitimatio non vitiatur per superuenientiam filiorũ.*
12 *Vbi iuramentum validat contractum sublato iuramento, non propterea rescinditur contractus.*
13 *An absolutio teneat parte non citata.*
14 *Quid veniat appellatiõe districtiõis ecclesiasticæ.*

tiet hoc eccl'iæ:quia ille ſtat ī peccato.& ſic īdirectè cōpel litur reſtituere vſuras officio iudicis.Secūdùm,vt petat abſolutionem, ſeu relaxationem huiuſmodi iuramenti: & poſteà poterit repetere:nec violat iuramētum petendo relaxationem iuramenti:licet per relaxationem peruenia tur poſt modum ad repetitionē.& hoc ideò:quia cum hoc iuramentum ſit odioſum,non debet extendi:ſed in proprijs terminis obſeruari.arg.bon.in.c.ad audientiam. quod met.cauſ.facit quod no.Inncen.in.c.ſuper hoc de re nun.Ponit tertium remedium in caſu,quo vſurę non eſ- ſent ſolutæ:vt compellatur deſiſtere creditor officio iu- dicis ad exactionem illarum.c.tuas j̄.de vſuris.¶ Sed vt plenius,quàm alibi habeas hanc materiam hîc vtilem,& quotidianam ſimul collectam,diſtinguo principaliter in duo membra:& in quolibet ponam duos caſus contingen tes.Aut enim vſuræ nondum ſunt ſolutæ,aut ſic.Primo caſu,aut iurauit quis ſimpliciter ſoluere vſuras:aut iura- uit ſoluere:& nullam quæſtionem & quærimoniam mo- uere:nec iudici denuntiare.In ſecundo caſu quando vſu- ræ ſunt ſolutæ:aut iurauit debitor ſimpliciter non repe tere,aut iurauit non repetere,& nullam quæſtionem, ſeu querimoniam facere:nec iudici denuntiare.¶ † Venio 6 ad primum caſum primi membri.ſ.quando ſimpliciter iu rauit ſoluere:in quo dico multa remedia competere iurā ti.¶ Primum facile eſt.ſ.vt ſoluat: & ſic adimpleat iu- ramentum:& poſteà repetat:vt j̄.eo.c.debitores.¶ Secun dùm remedium,vt petat creditorem compelli ad relaxa- tionem iuramenti:vt hîc.Sed hoc remedium dico compe tere,ſi non inſtat terminus ſolutionis fiendæ. Nam ſi nō poſſet fieri hæc compulſio, quominus interim incide ret in periurium:non debet iſte audiri:ſed debet prius ſoluere. Ad hoc ratio.c.debitores j̄.e. & hoc ibi apertè ſentiunt Ioan. Andr.& Vin.& idem confirmat Ioan. An. in addi.Specu.eo.ti.ſuper Rubr.in vlt.q.Idem dico,quòd vbi lapſus eſſet terminus ſolutionis fiendæ:& ſic incidiſ- ſet in periurium.Non enim debet audiri volens attentare remedium huius capitulo,quia ſic ſtaret interim in pecca to periurij,& peccata tāto ſunt grauiora,quanto diutius infœlicem animam detinent allegatam.in.c.fi.de conſue. & hoc apertè ſentit Eede.conſil.ccc.¶ Tertium remediū eſt,vt debitor petat abſolutionē ab Epiſcopo.Nā Epiſco- pus poteſt abſoluere à iuramēto turpiter ſuſcepto:vt no. Inno.eleganter in.d.c.debitores.præalle.& in.c.ad aures. quod met.cau.facit.c.j.& quod ibi not.de voto.vbi diſpē ſat ex cauſa ſuper voto,quod eſt de iure diuino,ſicut iura mentum:vt.c.licet.&.c.magnæ.de voto.quod tene men- 7 ti.¶ † Sed dubium eſt,nunquid prætermiſſo remedio hu a ius.c.poſſet attentari hoc remedium abſolutionis peten dæ:an verò ſit iſtud ſubſidiarium remedium.Innoc.in.c. debitores.videtur velle,quòd prius ſint creditores com pellendi,iuxta formam huius.c.Et ſi ſic non poſſunt indu ci:tunc Epiſcopus iſte abſoluet.nam Epiſcopus ex cauſa abſoluit à iuramentis etiam licitis:vt in.c.nos ſanctorum. &.c.iuratos.xv.q.vj.Et refert hîc domi.Antoñ.ſic vidiſ- ſe aliàs conſultum:ſed ipſe dicit:licet hoc ſit vrbanius,arg. in.l.quidam Iberus.ff.de ſer.vrbañ.prædi.non tamen ne- ceſſariū eſt:quia iſta ſunt duo remedia æquè principalia j̄. eo.c.ſi verò.&.ſ.quod me.cau.c.Abbas.&.capit.ad aures. Sed reperio Io.Andr.in.d.addi.ſenſiſſe oppoſitum,ſequē- do dictum Innoc.præalleg.Sed mihi plus placet dictum do.Anto.Nam ſi Epiſcopus abſoluit principaliter,quādo iuramētū eſt metu p̄ſtitū:nec eſt neceſſe recurrere pri⁹ad iuramēta ſuſcipiētis.vt.d.c.ſi verò.& no.Inn.in.d.c.ad au- res.ergo fortius in caſu noſtro.Nā ex his,q̄ fiūt per metū obligatio etiam primaria acquiritur parti:vt no.plenè in c.Abbas.præalleg.& nihilominus Epiſcopus principali- ter abſoluit,conſtito de iuſto metu.Ergo fortius poterit in caſu noſtro,in quo ex promiſsione nihil acquiritur par ti:vt in dict.c.debitores.& iuramentum principaliter di- igitur in Deum,vt ibi patet. Ergo congruentius adhuc videtur,quòd Epiſcopus,qui eſt Dei vicarius in ſua dice ceſi abſoluat:vt in.c.mulier.xxxiij.q.v.Item vbicunq; re- periuntur à iure duo remedia prodita,vidētur æquè prin cipaliter cōpetere:nec vnum eſt ſubſidiarium ad reliquū vt.l. quoties.ff.de actio. & oblig.Nec obſtat, ſi dicatur, quòd.c.ſi verò.loquitur in Papa:quia in hoc recitat factū. Nam cum Epiſcopus poſsit abſoluere:vt ſuprà dixi:ergo procedit etiam in Epiſcopo.An autem in abſolutionis actu debeat Epiſcopus vocare partem aduerſam,dicam j̄. Item intelligo,quòd hoc remedium competat intelligen do:vt.ſ.dixi in præcedenti remedio,quando ſcilicet ante, quàm terminus ſolutionis fiendæ immineat actus abſolu tionis,poſſet expediri:per ſupradictam rationem,& præ- dictum remedium abſolutionis,apertè ſentit gloſ.in.d.c. debitores.in verſi.cogendi.¶ Quartum remedium ſatis notabile,ſi veritate fulcitur eſt:vt debitor conuentus ra- tione iuramenti,excipiat,quòd non debet cogi ad obſer- uantiam iuramenti:cum ipſe creditor teneatur propter ſuam turpitudinem illud relaxare.& ſic illud ſibi relaxari petit.Et quòd hoc fieri poſsit,videtur velle Fede.conſil. cclxiij.alleg.not per gloſſ.in.c.paſtoralis.de cauſa poſſ.& pro.in gloſſ.penult.Et facit,quia per viam exceptionis po teſt peti reſtitutio in inte.l.nam poſteà.§.ſi minor.ff.de iu- reiuran.Et hanc ſententiam ſequitur hîc domi.Anto.ſed contra hanc opin.adduco ea,quæ in præcedentibus mem bris dixi.& dixit Federi.conſi.ccc.vbi in fine dicit,quòd petens abſolui à iuramento debet præuenire terminum ſolutionis fiendæ.non enim debet audiri poſt terminum: cum inciderit in periurium:quia fruſtra auxilium legis in- uocat.&c.de vſur.c.quia fruſtra.facit quod not.Ioannes Andræas j̄.eodem.c.debitores.vbi vult,quòd inſtante ter- mino ſolutionis fiendæ,non poteſt peti relaxatio iuramē ti:ne interim incidat in periurium.¶ Ideò in præmiſso ar ticulo ſic dicerem:quòd aut lapſus eſſet terminus ante, quàm conueniatur debitor:& non poteſt prædicto mo- do excipere:ne perſeueret in periurio:ſed debet ſoluere, & poſteà repetere. argu j̄.eod.ca. debitores. Aut termi- b nus non eſt lapſus,ſed mora committitur ex ſola interpel latione,iuxta.l.ſciendum.&.l.mora.ff.de vſur.& poſt in- terpellationem non poterit ſupradicto modo excipere: ne incidat in periuriū ratione prædicta.Reſtat ergo dicere, quòd ſolum poterit ſic excipere ante,quàm conſtituatur in mora ſoluendi:& quòd poſsit liquere de turpitudine recipientis iuramentum ante,quam inſtet terminus adim plemendi iuramentum:per prædicta.& hæc puto veriſ- ſima.¶ Quintum remedium[a] eſt,vt iudex ex officio ſuo a compellat creditorem deſiſtere ab exactione vſurarū: vt in capitulo tuas j̄. de vſu. & hoc remedium prode- rit,quando iurans non conſtitueretur in mora ſine inter pellatione creditorum.Nam aliàs non eſſet tutum: quia 8 dies interpellaret pro homine.in.c.potuit.de loca.¶ † Ve nio ad ſecundùm caſum,quando ſcilicet iurauit ſoluere, & nullam quæſtionem mouere: &c.dico,quòd habet iſte primum remedium,ſcilicet ſoluendi,& poſteà repetendi. Nam non iurauit non repetere.Et hoc iuramentum eſt ſtrictè intelligendum.argu.in.cap.ad aures.quod me.cau. ¶ Secundùm remedium,vt denuntiet eccleſiæ.nam nul- lum iuramentum obligare poteſt,quin poſsit quis denū- tiare criminoſum eccleſiæ:vt in.c.quemadmodum.in fi j̄. eo.& no.glo.in.c.ad noſtram. ij j̄.e.&.c.veniens.de regul. & in.c.authoritatem.xv.quæſtio.vj.debet tamen denun tians ſe fundare ſuper ſalute proximi,& non principaliter ſuper intereſſe ſuo:quia tunc obſtaret illi iuramentum:vt not.Hoſti.in.c.quemadmodum.Dicit tamen hîc domi. b Antoñ.quòd dupliciter poteſt venire iſte denuntians[b]: ſcilicet per viam denuntiationis Euangelicæ:vel iudicia- lis:& tūc habet ſeruare formā monitiōis de qua ī.c.nouit. de iud.&.ij.q.j.c.ſi peccauerit.Item per viam cuiuſdam

✠SEBA.SAPI
a ¶ Quintum remedium. Vide Lau.de Rodu.in tract.de vſu.qō.cxxiij. & Oldr.in cōſ.xvij. inci.ex ordine videatur.vbi tāgit, an ſi petatur creditorem cogi ad relaxandū hmōi iuramentū ſuper vſuris poſsit iudex obſeruate illum, q iurauit in contumaciā creditoris.

✠SEBA.SAPI.
b ¶ Iſte denūtiās. Vide Lau.de Ro. in præal.tract. de vſur.q. cxxvj. & Cal.in ti.de accu. cōſil.v.inci. denū tiat eccleſiæ.

intimationis,vt iudex aduiſatus inſtet circa correctionẽ peccati:& in hac non credit monitionem neceſſariam. Nihil allegat:ſed ego allego ho.text.in cap.prætereà.ij.de ſpon.vbi caſus de hac intimatione,quæ fit iudici ad peccatum obuiãdum ſine aliqua monitione.facit.c.tertio loco. de præſump.ſed primum dictum do.Anto.vt habeat hoc caſu locum denũtiatio iudicialis mihi nõ placet:quia illa fundatur magis ſuper intereſſe proprio:quàm ſuper ſalute proximi.¶ Tertium remedium:vt petat debitor abſolutionem à iuramento abſq; eo,quòd faciat citari creditorem.Et hoc remedium ſentit Io.And.in prędict.addi.in fi.dicens,quòd per eam non detrahitur multum iuri aduerſarij.Simile in liberto, qui petit veniam à iudice:vt poſsit agere contra patronum.l.quiq;.in prin.ff.de in ius vocan.ſed hoc mihi non placet ex duplici capite.Primò, quia ſatis exponit querelam de aduerſario, proponẽdo quod illicitè eum adſtrinxit iuramento.Secundò,quia nõ poteſt negari,quin ex relaxatione iuramenti fiat præiudicium creditori.arg.in.c.fi.de fo. compe. lib.vj.ergo non debet fieri abſolutio eo non vocato:& vocari nõ poteſt, quin aduerſarius incidat in periurium, exponendo querelam contra illum.& facit quodj.in fin.dicam.¶ Quartum remedium,vt iudex ex officio ſuo compellat creditores relaxare hoc iuramẽtũ,vt hîc.vel cõpellat eos deſiſtere ab exactione:in.c.tuasj.de vſu.¶ † Venio ad ad ſecundum principale membrum,quando ſcilicet vſuræ ſunt ſolutæ.Et primus caſus fuit quando iurauit non repetere:& dico,quòd competunt tria remedia.Primum,vt petat abſolutionem huius iuramenti.argumen.in.c.ſi verò j. eod.& declara,vt dixi in præcedenti membro.Secũdùm, vt petat creditorem compelli ad ipſius relaxationem,vt hîc.Tertium,vt denuntiet hoc iudici. Poteſt addi quartum,vt iudex ex officio compellat ad reſtituendum:vt eſt caſus in di.c.tuas.Et declara hæc omnia ſecundùm prædicta:Secundus caſus:quando ſoluit & iurauit non repetere, nec vllam querimoniam facere:nec denuntiare.dic,quòd habet remediũ denuntiandi,intelligendo:vt ſ.dixi in alio membro.Item iudex ex officio poterit creditorem compellere ad reſtituendum.Et declara,vt dixi in ſecundo caſu primi membri.¶ † Nunc extra gloſſ.quęro:quia.ſ.dixi iurantẽ ſoluere vſuras,vel ſolũtas nõ repetere poſſe petere relaxationẽ,ſeu abſolutionẽ iuramẽti:nũquid in hac abſolutione debeat creditor vocari.Ioan.Andr.latè proſequitur in addi.prædi.in vlti.q.Et tandem concludit,q; quandoq; iuramentum eſt temerarium,etiam ex parte iurantis.& tunc non requiritur partis vocatio:vt in.c.conſtitutis.de teſtib.Pro hoc,quia tũc potius requiritur denuntiatio:quòd non ſit ligatus,quàm relaxatio.Et intelligo hoc quando manifeſtè conſtat iuramentum non ligare.Nam in notorijs non eſt opus venire ad iudicium:vt in.c.quoniam.de fil.preſby.Si autem poſſet dubitari:tũc puto aduerſarium cui iuramentum fuit præſtitum vocandum:quia cum ſua interſit ne relaxetur:ergo debet vocari.iij.q.ix.c.omnia.&.c.caueant.de cauſa poſſ.& proprie. c.j.&.l.de vno quoq;.ff.de re iudic.Si verò iuramentum non fuit temerarium ex parte præſtantis:vt in caſibus premiſsis:tunc dicit,quòd ſiue agatur,vt abſoluatur ab obligatione contractus,quem dicit vſurarium:ſiue petat abſolutionem à iuramento de vſuris intra certum tempus ſoluendis proſtito:ſiue de ſolutione non repetenda,ſemper eſt pars aduerſa vocanda:niſi taliter iuraſſet, quòd vocari non poteſt,quin incideret in periurium:puta ſecundùm eum,ſi iurauit illum in iudicio non vocare,vel denuntiare:tunc enim poterit abſolui creditore non vocato.hîc enim non detrahitur iuri partis:ſicut cum libertus petit veniam,vt poſsit vocare dominum iu ius.l.quiq; ff.de in ius vocan.Hæc ſunt verba ſua: & ſubijcit,q; procedetur in hoc articulo ſecundùm formam clemen.diſpẽdioſam.de iudi.Idem ſcilicet,quòd pars ſit vocanda,ſentit Ioannes Andræas poſt Vin.in capit.debitores.præallega.& Fede.conſil.ccc.vbi dicit,quòd petens abſolutionem à iuramento prætendens contractum vſurarium debet parte vocata probare ſaltem ſemiplenè contractum fore fœneratium.& valebit hæc ſemiplena probatio ad obtinendum duntaxat abſolutionem à iuramẽto:ſed poſtmodum,vt pronuntietur contractus vſurarius oportet,quòd plenè fiat probatio:nec illa ſemiplena facit fidem in hoc iuidcio: cum ad aliud agatur nunc: vt in capitulo veniens.ij.de teſti.Et plus dicit: quòd iudex eccleſiaſticus non debet facere inhibitoriam iudici ſeculari:ne procedat ad executionẽ contractus,qui prima fronte non apparet vſurarius:niſi parte vocata:ſicut iudex ad quem,non inhibet iudici à quo,niſi vocatis partibus:vt in capitulo Romana.§.ſi verò.de appellat.libro.vj.Dicit etiã ibi,qđ pendẽte quęſtione,an debeat abſolui à iuramẽto nõ debet fieri inhibitio iudici ſeculari: qa corã iudice ſeculari agitur de executiõe inſtrumẽti:& corã eccleſiaſtico agit de facto abſolutionis.& ſic ceſſat.c.tuã.de ord.cogni.¶ Et ſubijcit etiam ibi notabile verbũ,quod poſtquã quis incidit in periurium:quia non ſatisfecit in termino, put iurauit non auditur petẽs abſolutionẽ,ſed [a]compelli tur ſatisfacere:[a]quia fruſtra legis auxilium inuocat &c.de vſur.c.quia fruſtra. Sed reſpectu principalis quæſtionis refert dominus Antonius infrà eodem cap.debitores.ſe audiuiſſe Paul.& Cald. conſuluiſſe, quòd aut petitur abſolutio à iuramento firmante contractum, & debet pars citari: cum ex hoc contingat reſciſsio contractus: & ſic agitur de præiudico partis. Aut illud iuramentum non firmat contractum: ſed petitur abſolutio: vt aperiatur via ad reſcindendum contractum: & non eſt neceſse partem vocari: quia non præiudicatur parti. & quia hæc abſolutio eſt potius pœnitentialis,quàm iudicialis: dominus Antonius dicit ſe putare, quòd aut iuramentum non eſt obligatorium ex parte iurantis:& non requiritur vocatio partis:vt ſuprà dixi ſecundùm Ioannẽ Andræã. Aut eſt obligatorium ex parte iurantis ſed continet turpitudinem ex parte recipiẽtis: & tũc aut nõ eſt tãta turpitudo,quin ſaltẽ ſibi acquiratur ſecundaria obligatio:& debet pars vocari ratione ſui intereſſe: & maximè hoc procedit ſecundùm eum, ſi iuramentum firmat contractum: cum ex abſolutione ſequatur reſciſsio contractus. Secus dicit, vbi tanta turpitudo verſatur ex parte recipientis. quòd nulla obligatio ex iuramento ſibi acquiritur: nec contractus firmabatur iuramento. Nam hoc caſu, cum nullũ intereſſe poſſit prætendere:cum obligatio acquiratur ſoli Deo,nõ eſt neceſſe illum vocari:& ſatis eſt qnòd abſolutio fiat per illum, qui tenet in hoc caſu locum Dei. Ponit exemplum in iuramento de vſuris ſoluendis,vel non repetẽdis, præſtito. Nullum enim ius agtndi naſcitur ex parte ſecundùm eum: licet, vt quilibet alius poſsit iudici intimare, quòd iurans peccat non obſeruando iuramentum.¶ Et ſubijcit notabile verbum,q; præſuppoſito,q; pars ſit vocanda, tamẽ tenet abſolutio ea non vocata:ſicut dicitur in abſolutione ab excommunicatione:vt no.in.c.qua frõte.de appella.Item dicit ſibi nõ placere præmiſſum dictũ. Sed quatenus dixit illũ qui incidit in periurium non poſſe petere abſolutionẽ:quia iurãs erat obligatus ad duo.ſ.ad ſoluẽdum in termino,& ad ſoluẽdum ſimpliciter.de do. & contu.cum dilecti.&.l.Celſus.ff.de arbi.quia ſi nõ ſoluit in termino,incidit iu periuriũ.ſed quatenus remanet obligatus poſt terminũ põt petere abſolutionem.d.Car. in.d.c.debitores.ſimpliciter tenuit cũ Io.An.& Fede.vt in abſolutione ſit pars vocãda.cũ agatur de ipſius præiudicio:& ſic dicit ſe ſępiꝰ cõſuluiſſe.¶ Quid dicẽdũ in tãta varietate?[b] certè multa ex p̃dictis mihi nõ placẽt.& primò illud dictum Io.An.in addit.prædicta,quatenus dixi,q; ſi quis iurauit non vocare aduerſarium:nec denũtiare q; poterit abſolui

ꝛ SEBA.SAPI.
a Compellitur ſatiſfacere. Vide Alexan.in cõſi.ccxxiiij.inci. vlla facti narratiõe.in.ij.no.

ꝛ SEBA.SAPI.
b ¶ In tãta varietate. Vide circa hãc q.pluia per Lau. de Ro. ī p̃all.trac. de vſur.q. cxxxj. & per do. Franc. Cur.in cõſi.xlvij. incip.in facti contingentia. col.vij. verſic. aggredieꝛ do.&.d.Iaſ.ī.l.nec qcquam.ſ.vbi decretũ.col.v. verſi. octauò fallit.ff.de offi.procõ.& leg. & Alex.in cõ.ccxxxij. incip. viſa facti narratiõe.coiij. verſ.prętereà. in.ij.volu.

a terit absolui[a] absente parte:cum nõ possit vocari,vel denuntiari sine periurio. Nam hoc est falsum respectu denũtiationis:cum vt.s̃.dixi nullum iuramentum possit ligare ad nõ denuntiandũ:cum sit contra præceptũ Euangelicũ, si peccauerit in te frater tuus.&c. Item negari non potest, quin parti inferatur præiudiciũ ex hac absolutione:cum sine ea non poterat in iudicio molestari per aduersarium. ergo debet vocari ante absolutionem:vt suum ius defendat:vt in.c.j.de causa possessi.& proprieta.cum alijs superius alleg. Secundò nõ placet dictum Pau.& Calde.quos sequitur domi.Anto.in.d.c.debitores.in eo,quod sentiũt contractum rescindi,si tollitur iuramentum,quod firmauerat contractum. Nam cum contractus ex interpositione iuramenti habuerit suam firmitatem,nõ debet corrue
b re:[b] licet nunc cesset causa confirmans:ex quo nõ superuenit causa annullans:vt probatur in regula,factum legi
11 timè.de reg.iur.lib.vj.¶ †Facit quod no.Bar.in.l.ex fa
c cto[c] .ff.de vulga.& pup.vbi post Ray.de forli.concludit, q̃ si habens filios naturales tantùm,fecit eos legitimari:vt sibi succederent:licet posteà duxerit vxorem,& ex ea habuerit filios legitimos:nihilominus legitimati succedent vna cum legitimis & naturalibus:quia ex quo actus legitimationis est completus & consummatus,non debet irritari:licet peruenerit ad eum casum,à quo non potuit habere principium:vt dicta regula,factũ legitimè.& sic non sufficit amodò,q̃ cesset causa concessionis priuilegij. q̃d
12 est not.¶ †Hoc idẽ in proprijs terminis videtur voluisse do.Ange.de Peru.in quadam disputatione, quæ incipit domina Catharina.vbi inter cætera dicit magnam esse differentiam,an contractus conualidetur iuramento: an verò iurans sit tantum adstrictus ad obseruantiam iuramenti.vbi enim contractus iuramento firmatur,licet qs absoluatur à iuramento:non propterea potest venire cõtra contractum:quia contractus de se est validus propter interpositionem iuramenti.& absolutio hoc solum operatur:vt contrauenies non incidat in periurium:nõ autem annullat contractum.vnde nullus dicat scdm eum,q̃ minor,qui iurauit super cõtractu:aut maior,qui iurauit, & est deceptus vltra dimidiã iusti pretij,si absoluit à iuramẽto per superiorẽ,possit propterea venire cõtra cõtractum:qa cõtractus est validus & irreuocabilis. Si aũt iuramentũ non validat cõtractũ,sed solũ obligat personaliter ad non cõtraueniendũ immediatè: cũ est absolut[9]. põt venire cõtra cõtractũ. Nõ eñ ob.iuramentũ: qa est ab illo absolutus p superiorẽ:nõ cõtractus,qa nullus.vñ qui iurauit se soluturũ vsuras,aut nõ venire contra cõtractũ pignoratitium cõceptum in forma venditionis immediatè: cum est absolutus,prosequi põt ius suũ:quia tale iuramentũ nõ firmauit ꝑmissionẽ,sed solũ obligauit eũ ad nõ veniendũ contra.q̃d est bene no. Et de hac materia,an & q̃n iuramẽtũ validet cõtractũ,dicã plenè j̃.eo.c.cũ cõtingat. ¶ Cõcludo ergo cõtra prædictã opi.q̃ ibi iuramentũ validat contractum sublato iuramento,nõ propterea rescinditur cõtractus. Tertiò nõ placet mihi opi.do.Ant.inquã tum vult,q̃ ex iuramento p̃stito super vsuris soluendis, vel solutis nõ repetendis,obligatio nõ oritur parti etiam
d secundaria. Nã contra hoc videtur tex.hîc,[d] vt latius.s̃.in princ.dixi. Item video,quod iuramentum vi extortũ obligat parti:vt j̃.eo.si verò.&.s̃.quod met.cau.in.c.Abbas.& in.c.ad audiẽtiam.cum si.ergo fortius in casu nostro,vbi iuramentum fuit sponte præstitum. Deus eñ tenet istud vinculum propter obligationẽ quæsitam parti:quod patet ex eo,quia parte remittẽte,Deus remittit sine alia ab
13 solutione:vt hîc.¶ †Quarto nõ placet indistinctè dictũ domi.Anto.inquãtum dicit,quòd præsuppositio, quòd pars deberet vocari,tamen si non vocaretur,valet absolutio. Dico enim,quòd aut clarissimè constat iuramentum continere turpitudinem ex parte suscipientis:& non erit opus partem vocare in absolutionis actu:vnde tenebit absolutio parte non vocata.arg.in.c.cum olim. de re iudi.& j̃.latius dicam. Et hoc casu poterit saluari opi. do. a Ant. Aut actus super quo iuramentum fuit præstitum nõ apparet prima fronte vitiosus: & non tenebit absolutio parte non vocata. Ratio apertissima est:quia à iuramento parti præstito non absoluit Episcopus: imò nec Papa sine causa cum Deus receperit obligationem in fauorem partis.vt not.glo.in.c.quanto j̃.eo.& Innocen.in. c. cum inter.p.de renun.ante ergo,quàm sibi cõstet causam subesse, non habet potestatem absoluendi, præsuppositio, quod subsit:quia ignorat id, quod est fundamentum suæ potestatis:vt not.Bar.in.l.ij.ff.de iudi.&.l.multum.ff.de condi.& demon.facit quod leg.& not.in.c.ex parte Astẽsis j̃.de concess.præben. Nec potest sibi de causa constare parte non vocata:quia causarum merita partium assertione panduntur.l.fi.C.si per vim,vel alio modo.& in.c. b tum ex literis.de in integ.re. Aliud est in absolutione ab excommunicatione:quia illa semper pendet à voluntate excommunicatorum.valet enim semper siue iusta, siue iniusta sit excommunicatio: vt patet in.c.venerabilibus.§. vbi autem.de sen.excom.li.vj.& hæc no. quia sæpe accidunt:& puto verissima.¶ Quintò non placet reprobatio do.Anto.ad dictum Fede.cum dicit,quòd si pars incidit in periurium:quia non soluit in termino,non auditur c petens absolutionem. Nam puto hoc dictum satis æquũ. Nec obst.ratio domi.Anto.imò potius facit pro. Nam si post terminũ remanet obligatus:& sic perseuerat in periu
c rio[c] .ergo debet compelli,quàm citius potest: vt ab illo d peccato se absoluat,& iuramentum adimpleat:vt hic. Si enim compellitur instante termino,vt absoluat, vt hîc: fortius debet cõpelli post terminum: tum in odium sui, vt à peccato liberetur:tum,vt non perseueraret in peccato:vt.s̃.dixi. Puto tamen,quòd si petendo absolutionem nõ ꝑseueraret in peccato,quòd posset petere absolutionẽ etiam post terminum,licet inciderit in periurium semel contraueniendo. Exemplum in eo,qui per metũ rem vendidit & iurauit non contrauenire. Licet enim de facto cõ e trauenerit:& sic inciderit in periurium:nihilominus poterit petere absolutionem posteà:vt sic licitum sit sibi venire contra venditionem. Hoc enim casu cessat perseuerantia in peccato:imponi tamen sibi debet pœnitentia de periurio:& in hoc casu posset saluari dictum do.Anto. ¶ His autem sic discussis venio ad principalem quæstionem,in qua breuiter pono hanc conclusionem:quòd vbi f cunq̃ iuramentum est obligatorium ex parte iurantis,& aliquam vtilitatem continet ex parte recipientis,nunquã debet reuocari,nisi vocata parte.[f] Ratio huius cõclusionis est:quia ex quo per absolutionis actum præiudicium irrogatur parti in eo,quod sibi vtilitas adimitur, debet pars vocari:quia nil debet fieri in præiudicium absentis. in.c.j.de causa poss. & proprie.& in.c.inter quatuor. de ma.& obedi.ij.q.ix.c.caueant.&.c.omnia.ff.de re iudi. l. de vno quoq̃.&.l.fi.C.si per vim vel alio modo.Partis autem recipientis videtur quasi semper interesse:quia vtile est habere partem vinculatam iuramento.cum multa iuramentum operetur,& saltem accumulet forum foro,in c.fi.de foro compe.libr.vj.& quod ibi not.facit.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.ij.& quod ibi not. Item absolutio non debet fieri, nisi causa cognita: vt not.Innocentius in capitulo ad aures. quod metus causa.& Specula. in titulo de lega.§.nunc ostendendum.versicu.vigesimoquarto, & sequenti. nam vt suprà dixi non potest Episcopus absoluere causa non assistente, sed causæ cognitio adhiberi non potest parte non vocata. l.in causæ. §.causa cognita. & quod ibi not. ff.de minori.dicto capitulo cum ex literis. de in integ. restitu. & in. l. finali. C. si per vim, vel alio modo. Et si aliter fit absolutio, nõ valet:per ea,q̃.s̃.dixi.Hæc puto vera,nisi notoriè constet iuramẽtũ cõtinere turpitudinẽ ex parte recipiẽtis:ita

a ¶Poterit absolui. Pondera,quia in odium recipiẽtis instrumentũ contingit:vt eo nõ citato possit absolui.arg.c.ex tenore de rescr.& licet ĩferatur illi p̃iudiciũ,imputet sibi: quia ex parte sua illud cõtingit: qa noluit ad iudiciũ vocari. Andrę.Barba.

b ¶Corruere. Nota cõtra hoc,quia re soluta cã, resoluit effect[9]:qa eoipso, q̃ remouet iuramentũ, cõtractus est nullus:nec dicitur factum legitimè. And. Barb.

c ¶L.ex facto. Ad istud rñde,q̃ habuit initiũ legitimũ. And. Barba.

d ¶Tex.hîc. Pondera bene:qa si verbũ relaxandę intelligit de facto: vt.d.c.graue.de offici.ordi.nõ ꝓbatur hoc dictũ. d. Abb.& sic nõ obiste tex.dicto do. Ant.And.Barba.

e ¶In periurio. Põdera:quia cõtempsit iuramentum ideò debet puniri de contemptu,& sic non audietur. And.Barba.

f ¶Vocata parte. Adde videndum Ol.cõsi.clxxxvj. Pe.de Anch.consi.cxcvj.Paul. de ca.cõs.ccxvj.ĩ primò ĩpressis. Cal. cõs.vij.hoc eo.tit.

SEBASAPI.

f ¶Vocata parte. Vide Alex.ĩ cõs. xcj.incip.visis ac mihi transmissis. col.iiij.in.ij.vol. & in cõsi.ix.inci. p̃stãtissimè doc.in iiij.vol.& in.l.iij. §.cõdemnatũ. ff. de re iudica.& in l.Titia.§.fi.ff. fol. mat.& Are.in cõsi.xxxiij.inci.consultatio præmissa col.iij.& in cõsil. xx.inci.in qõne. & .d.Frã.Cur. in pręalle.cõs. xliiij. col.vij.

q̃ certũ ſit parti abſenti in hoc nullam defenſionem competere. Nam tunc puto abſolutionem valere parte nõ vocata. nam ſi hoc caſu valeret ſentẽtia ſuper principali, vbi agit̃ de maiori præiudicio, fortius valebit abſolutio: vbi non agitur de tanto præiudicio. ad hoc. c. bonæ. § contra verò lega. de elec. &. c. quanto. & quod ibi not. Innocẽ. de transla Præla. c. venerabilem. de elec. c. cum olim. de re iudi. & quod leg. & nota. in. l ij. ff. de admi. re. ad ci. perti. Et pro hoc optimè facit præallegat. capit. tuas. de vſuris. vbi mandatur iudici, vt vſurarios recipientes iuramenta ſuper vſuris ſibi ſoluendis: vel ſolutis non repetendis debeat compellere ante ſolutionem ab earum exactione deſiſtere, & poſt ſolutionem illas reſtituere. Si ergo quæſtio iuramenti eſt coram eo, & notoriè cõſtat de illius turpitudine poteſt abſoluere ab illo iuramento abſque eo, quod vocet partem. & pro hoc bon. text. in. c. proxi. Et per hoc infero ad intellectum cap. debitores j. eod. vbi cõpellitur iurans ſoluere. Debet enim intelligi, quando non conſtat, quod iurauit ſoluere vſuras: vt quia contractus erat ſub forma licita conceptus non poterat conſtare ante finem termini: vel propter abſentiã partis: vel quia terminus inſtabat, vel procedit quando pars non curabat petere abſolutionem: vt ibi ſentit gloſſ. & quod. ſ. dixi iurãtem poſſe petere abſolutionem & relaxationem iuramẽti procedit nõ ſolùm in terminis huius capi. quando iurauit ſoluere vſuras ſed idẽ vbicũq; pars turpiter recepit iuramentum: vt patet in. c. proxi. &. c. ſi verò. no. Inno. in. c. ad aures. quod me. cau. latius per Fede. conſi. cclxxiiij. prę-
alleg. quod eſt no. habes nunc expeditum hunc vtilem &
14 quotidianum art. ¶ † Venio nũc ad gl. in ver. diſtrictione. quæ quærit quid cõprehendatur hîc appellatione diſtrictionis eccleſiaſticæ. Reſpondet, quòd ſuſpenſio, vel excommunicatio per. c. quærenti. de verb. ſigni. ſed glo. debuiſſet addere etiam interdictum: cũ de his tribus fit mentio in illo. c. Vel dic aliter, q̃ illud. c. loquitur de cenſura eccleſiaſtica. ſed tex. iſte loquitur de diſtrictione, quæ magis congruè refertur ad pœnam temporalem. cenſura verò ad ſpiritualem: licet quandoque capiantur pro eodem. ¶ Vltimò glo. quærit qua poteſtate iſti compellent creditores ad relaxanda hæc iuramenta. Reſpondet dupliciter. Primò, quòd vt delegati. Secundò. quòd vt ordinarij. & tene hoc vltimum. ad hoc. d. c. per tuas. & quod not. Inno. in. d. cap. debitores. ordinarij ergo hoc faciãt iure p̃prio. ſed prima expoſitio gloſſ. fuit facta: quia olim in ſupraſcriptione dicebatur omnibus Chriſtianis: & ſic videbatur, quòd deberent facere: vt delegatio. ſed hodiè illa ſupraſcriptio fuit remota ad denotandum: quod ordinarij hoc faciant iure proprio. facit quod leg. & not. in. c. j. de voto. &. c. ordinarij. de offi. ordi. lib. vj.

a ¶ Intelligitur. Põdera verbũ diſtrigi: quia probatur, q̃ nõ oritur actio ex iuramẽto, ſed iudicis officio. And. Barba.

b ¶ Sit obligatoriũ. Videtur, q̃ nunq̃ Deus acceptet iuramentũ præſtitum contra volũtatem: quia Deus reſpicit voluntatẽ, & non factum c. cũ voluntate. de ſen. excom. xxij. q. v. c. propoſito. Andr. Barba.

c ¶ Peti abſolutio. Hoc intellige verũ, qñ eſt talis metus, qui debuiſſet cadere in conſtantem virum: vt decla. ſignanter. do. Abb. in. c. cũ dilecti. in vl. col. ſ. qd metus cauſa.

d ¶ Et ibi de hoc ẽt vide per ipſum Pa. in pe. col. & p Sali. in authen. ſacramẽta. in. v. col. C. ſi aduer. vẽ. vbi dicit, q̃ licet iuramentum extortũ metu ſit nullũ de iure ciuili: vt in. d. auth. tamen de iure canonico non poteſt ſperni propria authoritate: licet peti debeat abſolutio. ita not. in. c. ad audientiã. quod met. cauſa. vbi eſt text. tenet Inno. in. c. venerabilis. de elec. & in c. ad aures. quod me. cauſa. Archi. in. c. ñ. de pac. in vj. Pau. de Ca. in d. authẽ. vbi tã in leui actu, q̃ repu. conſtituit natura lẽ differẽtiam inter iuramentũ interpoſitũ p̃ vim, & ĩterpoſitũ per metum attẽto iure canonico.

¶ Adde Ange. conſil. ccxv. Cal. conſil. quod me. cau. melius Are. conſi. xiiij.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Poteſt peti abſolutio à iuramento, quod continet turpitudinẽ ex parte exigentis: licet non vergat in diſpendium ſalutis iurantis.*

2 *Iuramentum, an ſit obligatorium quando interponitur ſuper rebus iurantis metu.*

3 *In relaxatione & abſolutione à iuramento, quis eſt competens iudex.*

4 *An iuramentum Prælati præiudicet eccleſiæ: & an Prælatus obligetur.*

¶ CAP. II.

PEruenit. ¶ Legitur duobus modis. Primò quod iuramentum fuit præſtitum ſuper rebus eccleſię. & ſecundũ hunc intellectũ hoc dicit. Nõ valet iuramẽtũ p̃ſtitũ à Prælato de nõ repetẽdis

a rebus eccleſiæ. Scõdo modo intelligitur, quòd fuit præſtitum ſuper rebus proprijs. & tunc ſumma ſic. A iuramento meticuloſo fit abſolutio per iudicem eccleſiaſticum. Communis diuiſio. Secunda ibi: *cognita*. ¶ Caſus literalis. Comes Arnulphus ſpoliauit Epiſcopum Laudicẽ. rebus eccleſiæ ſuæ: & compulit ipſum iurare, quòd non repeteret ſic ablata. peruenit hoc ad dominum Papam. ipſe hoc audito valde doluit dicens, quòd per illud iuramentum nullo modo fuit obligatus, vel adſtrictus: tamen ad cautelam ipſum abſoluit, quòd taliter coactus
1 iurauit. Bern. ¶ † Not. primo quòd licet iuramentum poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ ex parte iurantis: ex quo tamen continet turpitudinem ex parte exigentis poteſt directa via peti abſolutio à ſuperiore: nec exigitur, vt prius cogatur recipiens iuramentum illud relaxare. facit ad ea, quæ dixi ſupra capitu. proxi. ¶ Not. ſecundo quòd vbi ſuperiori conſtat de turpitudine recipientis iuramentum non eſt neceſſe: vt in abſolutionis actu vocetur aduerſarius. quod latius dixi ſuprà capitu. proxi. alia veniunt examinanda cum gloſſ. ¶ Opponitur videtur enim iſte textus ſibi contrarius. Nam primò dicit iſtum Epiſcopum non potuiſſe iuramento conſtringi. Secundò dicit, quòd Papa abſoluit eum. Nam abſolutio præſupponit vinculum. de deſponſa. impu. ad diſſoluendum. &. l. decem. de verborum obligation. Solu. tres intellectus colliguntur ex gloſſ. ſecunda &. iij. ¶ Primus, quòd nullum iuramentum metu extortum obligat: & tunc oportet nos dicere, quòd verbum hoc abſolui mus ſtat hîc impropriè. & hunc intellectum ponit gloſſ. ſecunda in principio: qui tamen communiter non tenetur. ¶ Secundus intellectus, quòd metus non impedit vires iuramenti: vt in capitu. ſi verò. infrà eodem & in capitulo ad aures. & dicto capitu. ad ad audientiam. quod metus cau. Ideò neceſſaria hîc fuit abſolutio. & dum textus dicit, quòd non poterat adſtringi iuramento. Dic in effectu quo minus poſsit obtineri abſolutio. ¶ Tertius intellectus, quòd iuramentum fuit hîc interpoſitum ſuper rebus eccleſiæ: ideò ipſo iure nullum. & tunc verbum abſoluimus ſtat impropriè: vt in gloſſ. ¶ Aduerte, quia hîc ſunt duo examinanda. Primum nunquid
b iuramentum metu extortum ſit obligatorium b ſuper rebus priuatis ipſius iurantis præſtitum. Secundùm, quid ſi fuit præſtitum ſuper rebus eccleſiæ in damnum ipſius
2 eccleſiæ. ¶ † Ad primum communiter tenetur, quod iuramentum ſit obligatorium: quia metus non excludit conſenſum: vt in capitulo meritò. decimaquinta quæſtione prima. &. l. ſi mulier. ff. quod metus cauſa. Notatur plenè per gloſſam in capitu Abbas. quod metus cauſa & in capi. authoritatem. decimaquinta quæſtione ſexta.
c & idem ibi Archidiacon. poteſt tamen peti abſolutio c
d à iuramento: vt hîc. & in capitu. ſi verò. d infrà eodem. & dicto capitu. authoritatem. Et dicit hîc Innocen. not. verbum, quòd contra proprium iuramentum non datur reſtitutio in integrum, ſed abſolutio tantùm. Contra iuramentũ verò ab alio præſtitũ bene datur reſtitutio in integrum: vbi cauſa exigit: vt in. l. nam poſteà. § ſi minor. ff. de iureiurando. & idem docto. communiter hîc. Glo. tamen in dicto capitu. authoritatem. videtur velle, quòd iuramentum metu extortum poſsit reſcindi per exceptionem, vel actionem, quod met. cau. per totum ti. quod met. cau. Mihi plus placet primum dictum per iſta iura ſuperius allega. cum enim obligatio ſit Deo quæſita oportet, quòd remittatur per eum, qui tenet vices Dei
3 & non per actionẽ, quod me. cau. ¶ † Et aduerte: aut eñ agitur, vt quis abſoluatur à iuramento: & tunc oportet, vt adeatur iudex eccleſiaſticus. ad hoc quod not. Innocen. infrà eodem capitulo debitores. & Specu. in ti. de leg. § nunc oſtendendum. verſic. xxiiij. & ſe. facit. c. venerabilem. de elect. Aut agitur, vt turpiter recipiẽs cogatur rela

tur relaxare iuramentum: & poterit hanc compulsionem facere iudex etiam secularis: vt no. Fede. consil. ccc. in fi. Hoc puto verũ, quando non dubitatur de turpitudine recipientis. Sicut enim compellitur ad obseruantiam, in. c. licet j. eod. ti. lib. vj. melius facit. c. fi. de fo. compe. lib. vj. & Ioan. And. in nouel. facit etiam quod notat Fede. consi. cclv. in fi. ita potest ad relationem: sed si dubitatur de viribus iuramenti: tunc debet adiri iudex ecclesiasticus. vt in. d. c. venerabilem. Quis autem sit in hoc competens iudex, an scilicet iudex rei, vel actoris: vide quod dixi in. c. si quis contra clericum. in
4 princip. de foro compe. ¶ † Venio ad secundum principale membrum, quando iuramentum fuit præstitum per Prælatum super
e ¶ Fideiubēdo. Istā qōnē ponit etiā ipse.d.Abb.Pañ. ī disputatiōe sua īci. stāte statuto. xxxv.co.ver.faciunt etiā no.p Pe. de Anch.ī.d.c.cū C.laicus.&.d.An. in.c. cū qdā.j.eo. Et vide de hac qō.cōsi.Old.cōsi. xc.inci.quidā iurauit.Et q̄ istud iuramentū saltē ī ātiquo nō teneat quasi nutriēs peccatum:adduco,q̄ no.Archi.in.c. sicut eñ.xj.q.j.vbi dicit,q̄ laicus tenetur fideiubere pro proximo suo: q̄ nisi faciat peccat.Et qd̄ licet nō iuramentum non obseruandum.Dicit tamen ibi not.Archi.quod iuramētum vergit in peiorem exitum[a] sex modis.Primo, quando iurat aliquid,quod est mortale.Secundò,quando iuratur qd̄ est veniale in se.Tertio cū iuratur aliquid,quod in se est indifferens:tamen ex circūstantijs efficitur veniale,vel mortale.Pone exē plum,vt ipsemet Archi.no.in animaduertendum.xxij.q.ij.c.si quis iurauerit.quòd nunquā erit negotiator,vel miles:vel quod nō recipiet feudum à tali domino:vel quod non recipiet mutuum,vel quid simile. Certè si res venit ad casum in quo non potest aliter viuere,nisi veniat contra iuramētum:non tenetur illud obseruare.Ratio,quia si à principio fuisset iste casus,iuramētum fuisset temerarium:& ideò potest propria authoritate contrauenire secundū eum.quod est not.Quarto cum iuramentum excludit opus ex necessitate faciendū:vt quando iurat quis, quod nil ex charitate dabit tali,vel quod non coletur Deum.Non enim est verisimile,quod Deus recipiat talia iuraméta: cum ipse mandat opera charitatis exerceri & iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum j.eo.c.quanto. ¶ † Quintò cum excludit opus de genere bonorum:vt cum quis iurat,q̄ nunquam erit Episcopus,vel clericus,vel monachus. In contrarium tamen facit text.in.c. Archidiaconum. aliâs incipit. Elorentinum. lxxxv.dist.vbi videtur valere iuramentum:vt non accedat,seu promoueatur ad episcopatū. Idem sentit glo.in.c.innocens.xxij.q.iiij.in verbo,argumentum est hîc. Idem not.Hug.xx.q. iij.in prin.vbi dicit,quòd si quis iurat,quod nū quā erit clericus[b], vel regularis,talia iuramenta sunt seruanda[c] & generaliter secundùm eū omnia iuraméta,quibus iuratur aliquid,quod nec mortale est,nec veniale.Idem videtur sentire Gra.in.c.fi.xxij.q.iiij.Sed Archi.post Ray. sentit contrarium in.d.c.si aliquid.& in.c.innocens.dicēs,quòd tale iuramentum consyderatur in.d.c. Archidiaconum.non quod sit obligatorium:sed quia mortaliter peccat temere iurando. Nam duæ sunt species iniustitiæ facere malum,& declinare à bono.vnde sicut nō obligat iuramentum ad faciendū malum,ita videtur quòd nō obligat ad declinādum à bono:cū nulla sit vtilitas in obseruatione huius iuraméti. Prætereà cum dominus consulat opera perfectionis, cōtrarium quodāmodo esset,si vellet:quòd occasione talis iuramenti abstineret à bono. Nec ob.dictum Gra.quia secundùm Archi.non dicit,quod huiusmodi iuramenta sint obligatoria,secundùm quod non prohibentur obseruari. Hoc vltimum mihi non placet:cum vult contrauenire propter bonum publicum. Primum placet:cum nititur propter bonum priuatum.s.vt præsit,& non profit.ad hoc.c. qui episcopatum.viij.q.j. ¶ † Sextò dicitur vergere in peiorem exitum:cum excludit opus indifferens pia intentione pro deo,aut proximo faciendum:vt si quis iurat,vt nō loquatur Martino:vel quòd non intrabit domum eius: vel quid simile. Non enim tenetur iurans ad obseruantiam talis iuramenti,si vult contrarium facere pia intentione propter Deum,vel saluté proximi.& de hoc vide quod no.j.eo.c.cū quidam. Ex his deciditur quæstio[d], an valeat iuramentum,quod quis quando q̄ præstat de non fideiubendo[e] pro alio. Lauren. tenuit,quod sic: quia sicut potest quis iurare pro vtilitate proximi:ita pro vtilitate propria:vt recitat Archi diac.in.c.non est contra.xxij.q.j.& Ioan.Andr. in.c.fi.de foro compe.lib.vj.sed idem Io.An.latius hoc assumit in addi.Spec.eo.ti.super rub. & ibi concludit,quòd si salus proximi periclitaretur,nisi fideiuberet:non tenetur ad obseruātiam talis iuramenti:quia iuramentum non extenditur ad hūc casum incogitatum.& si cogitauit hunc casum,iuramentum fuit temerariū: & sic non obseruandum.Simile habetur in.c.j. eo.tit.lib.vj. ¶ Ego hoc dictum habeo pro indubitato:quia in tāta necessitate tenetur quilibet subuenire ꝓximo.lxxxvj.di.c.pasce.lxxxiiij. di.c.j.&.ij.&.xliij.distinct.c.scimus.vnde non potuit per iuramētum suum se subtrahere ab hoc onere.arg.in.c.si diligenti.de foro compe. Et plus ego sentio,q̄ tale iuramentum nō obliget,vbicunq̄ proximus verè indiget tali fideiusione:licet non periclitetur salus propria. quia tenemur ex præcepto Dei diligere proximos,sicut nosmetipsos:de pœni.dist.ij.c.charitas.§.proximos.Ideò tenemur eis subuenire in ipsorum necessitatibus:ergo per iuramentum nostrum non possumus nos subtrahere ab hac pietate ex necessitate fienda:vt in.d.c.si diligenti.Et hoc procedit tenendo, quòd teneamur subuenire proximo in suis necessitatib⁹ ex præcepto. ¶ † Sed si volum⁹ tenere opi.beati Tho. secūda secundæ qō.xxxij.arti.v.vbi examinans illum articulum.an eleemosyna[f] sit in præcepto,dicit duo consyderanda.vnum ex parte dātis:aliud ex parte recipientis.Ex parte dantis dicit consyderandum,vt in eleemosynam eroget tur,quod est danti superfluum:vt habetur Lucæ.xj.Quod supereſt,date eleemosynam.Et dicitur superesse non solum respectu suimet:sed etiam respectu illorum,quorum cura sibi incūbit.Prius enim tenetur quis talibus subuenire: & posteà alijs.Ex parte autem recipiētis, requiritur,quòd necessitatem habeat nec omnis necessitas obligat ad ei dandum ex præcepto: sed illa solum,sine qua necessitatem patiens non potest aliter sustentari:vt.d.c.pasce.& sic concluditur secundùm eum,quòd eleemosyna tūc est in præcepto:cum quis habet superflua modo prædicto.Et similiter est in tanta necessitate,quod non potest aliter sustentari:aliâs est de consilio.Et hoc casu dico,quòd est magis dubium:nunquid iuramentum obliget,ex quo ꝓximus non est in tali necessitate:sed nihilominus puto,quòd non obliget tale iuramentum. Ratio,q̄ licet fideiusio nō sit hoc casu de præcepto,tamen est de consilio:& est opus ex pietate faciendum propter Deum & amorem ꝓximi:sed vt.s.dictum est,non potest quis obligari:vt non faciat opera pietatis[g] & perfectionis:quia non est verisimile,quòd Deus recipiat talia inramenta contra suum consilium:cum ipse dicit:Si vis perfectus esse,vade & vende omnia,quæ habes:& da pauperibus:vt habetur in Euangelio.Si tamen quis non obseruat,non peccat:vt dixit Gra.in.d.cap.fin.Et idem per omnia puto,quando quis iurauit non mutuare pecuniam,eadem ratione.& hoc no.quia possunt decidi multæ quæstiones.Et vide ad proximum dictum quod no.Io.An.in.c.ij.de sol. vbi dicit,quod si eccleſia habet pecuniā superfluam,illam teneať de iure scripto ciuili,vť canonico: teneť tñ de iure naturali. & ad hoc pōt cogi. & q̄ iuramētum de nō fideiubēdo, nō obliget,qñ ille ꝓ quo fideiubetur, esset in discrimine:nisi ꝓ eo fideiubeat : tenet Ro.in.l.nō solū.§. morte.ī.ñ.co.ff.de ope.no.nū. & alť. Io.And.in addi. Spe.ī rubri.de iureiu.& fa.q̄ not. Bar.in.d.§.morte. de illo,q̄ fuit protestatus, quod si contingeret eū fideiubere,nō intē debat obligari.& q̄ non volebat,q̄ valeret fideiusio.

ANTO.FRAN.

¶ An iurans non fideiubere ꝓximo debeat illud seruare: dicas q̄ nō:qa videť es se cōtra ius naturale & diuinū præceptum,vbi dilectio ꝓximi,sicut Dei mandať:& iō nō obligat.Ad qd̄ vide Spe.in ti. q̄ fi.sint leg.ī ver. sed pone q̄dā. Et iō tale. iuramētū nō videť obligatoriū:vt in reg.non est obligatoriū. de reg.iur.ī.vj. & ī.c.j.de iureiu.eli. Et qbus casibus iuramētū sit licitū de iure canonico: vide gl.in.c.significasti.& in.c.nullus.hoc eo.ti.Et ī specie de hoc vide nota.per doc. in.c.fi.de foro cōpeten.lib.vj.

✠SEBA.SAPI.

f ¶ An eleemosyna. Vide Car.Alex. ī.c.nō satis.lxxxvj.di.& Feli.in.c. j.col.vlti.j. distin. aliqd per eundē ī c.j.s.de offi.iudi.

g ¶ Opera pietatis. Pondera,quia nō est declinare à bono,sed à perfecto. vñ quilibet pōt declinare, si non contemnat. Andrę.Barba.

fluam,illam rectè mutuat.cum enim teneatur de ſuperfluo facere eleemoſynam.xij.q.ij.c.aurum.xvj.q.j.c.fi.fortius tenetur mutuare indigentibus.Nunc habes ex prædictis multipliciter limitatam illam regulam poſitam in tex.vt dicamus iuramentum non eſſe obſeruandum,ſi vergat in interitum ſalutis æternæ:vt hîc. Idem ſi ſalutis corporalis,vel ſi vergit in peiorem exitum.Idem dicas ſi eſt contra bonos mores naturales:vt puta ſi prebet occaſionem delinquẽdi:vt in.c.quemadmodum.j.eo.& regula non eſt obligatorium.de reg.iur.lib.vj.& ibi videbis multa exempla in gloſſ. ſecus ſi eſt contra bonos mores ciuiles.vt in.c.cum contingat.j.eo.&.d.
7 c.ij.de pact. libro.vj. ¶ † Adde aliam notabilem limitationem, quam ſentit Ioan.And.j.eo.c.ſicut ex literis,ſ.cum temeritate &
a calore iracundiæ[a] quis iurauit:quaſi non videatur habere conſenſum iurantis.Sicut in ſimili dicit gloſſ.not.in confeſsione in.c.ex literis.de diuor.Do.Ant.ī.d.c.ſicut.dicit ſe putare,ꝙ ſi calor iracũ diæ fuit tantus,qđ illud deliberatè nõ feciſſet,iuramẽtũ nõ eſt obligatoriũ:quia hæc volũtas non eſt diſcreta.vel ſi eſt,de facili eſt per Epm cõmutanda.de quo per Ray.in ſum.ead.circa prin.& hoc pla
8 cet,& credo,quòd hoc idem voluit Ioan.And. ¶ † Quid autem de eo,qui iurauit redire ad carcerem?dicit quòd tenetur obſeruare etiam ſi ſubſit periculum mortis:dummodò carcer non ſit iniurioſus:de quo vide gloſſ.not.in cle.paſtoralis.de re iu.in ver.violentam.& per Ioan.And.in addi.Spe.in ti.ſuper rub.facit quod no. Bar.in.l.relegati.ff.de pœnis.Extra hos caſus iuramentum regula riter eſt obſeruandum:licet ſit temerarium.Nam temerarium eſt, quando neceſsitas non impellit ad iurandum.tamen nihilominus eſt obſeruandum:vt gl.no.in.c.Archidiaconum.aliâs.Florentinũ. prælleg.not. Archi.in.d.c.animaduertẽdum. ¶ Gloſſ.iij.colligit
9 arg.extext.quòd iuramentum metu extortum obligat. ¶ † Opp. in contrarium de.c.Abbas.& in.c.j.cum ſi.quod me.cauſa.Soluit ponendo tres opi.Prima,quod non eſt obligatorium.Secunda diſtinguit,an habuerit animum obligandi ſe:& obligatur:an defuit animus ſe obligandi:& non obligatur.Tertia opi.quam dicit gloſ. communiorem eſt,vt obliget:dummodò ſeruatum non vergat in peiorem exitum:vt hîc probari videtur.Et in fi.videtur gloſ.velle facere differentiam inter iuramentum aſſertorium & promiſſorium.Et dicit quòd aſſertorium dicitur:cum eſt de præſenti,vel de præterito:& iſtud nõ debet præſtari contra veritatem per quẽcunq; metum grauiſsimum.quia potius debet omnia mala pati. &c.quod metus cauſa.c.ſacris.Promiſſorium de futuro cum quis promittit ſe aliquid facturum,vel dicturum:& iſtud indubiè non eſt ſeruandum:cum ſeruari non poteſt ſine peccato.Si autem ceſſat peccatum in obſeruantia,ſunt opi.vt .ſ. vidiſtis. Nunquid metus impediat obligationem.& gloſſ.tenet quòd eſt obligatorium:vt hîc Io.An.hîc.&.j.e.c.verũ.& in.c.ad audiẽtiã.qđ met.cauſa.videt velle,quòd prædicta ſecunda opi.poſita in gloſſ.habeat locum in foro pœnitentiali:vbi de omnibus creditur confitenti.de homi.c. ſignificaſti.vnde ſi non habuit animum ſe obligandi:ſed ſolum voluit tempus redimere & euadere,non obligatur apud Deum,qui ſolum reſpicit cor.xiiij.quæſtio.v.c.ſi quid inueniſti.ſed in foro iudiciali ſibi non creditur:vt in.c.tua.de ſponſa.not.Inn.j.eo.veniẽs. Vnde hoc caſu eccleſia in reuerentia iuramenti ſtatuit,vt debeat obſeruari acſi obligaret:quaſi velit in hoc oſtendere fortitudinem iuramenti:vt hîc:&.d.c.verùm.Et idem tenet ibi Hoſtien.idem ſcilicet,quòd obliget in foro iudiciali,tenet Calde.& refert.beatum Tho.hanc opi.tenere ſecunda ſecundæ.q.lxxix.arti.vij.& videtur ſentire,ꝙ obliget etiã in foro cõſcientiæ:quod intelligo ſecundũ diſtinctionem præcedẽtẽ.Hanc etiã opinionẽ tenet gloſſ.in.c.authoritatẽ.xv.q.vj.dicit,tn ꝙ licet iuramentũ metu extortũ obliget
b ipſo iure.[b] datur tn exceptio,vel actio,qđmet.cau.ad reſcindẽdũ.ff. qđ met.cauſa.per totũ.& no.hoc vltimũ.ſed Archi.dicit ibi & melius,ꝙ licet habeat exceptionẽ,qđ me.cau.& de iure poſsit agentẽ repellere:nõ tn poteſt ea vti ſine peccato.ſi tn velit ea vti,repellit agẽs:& ille vtens eſt abſoluendus à iudice.hoc vltimũ ego intellige
10 rem ſcđm ea,q̃ dixi ī.c.j.ſ.eo. ¶ † Sed dubiũ eſt,nũ qd iuramẽtũ metu extortũ obliget cõtraueniẽtẽ ad mortale,an ſolũ ad veniale.tex. ī.c.verũ.j.e.videt,ꝙ tn ad veniale.Et ſatis hoc ſentit ibi gl.Io.Cald. ſentit hîc,qđ ad mortale.Et ad.c.verũ.§.cęterũ.rndet tripliciter.Primò qđ loquit poſt abſolutionẽ:hæc tn ſolutio nõ placet ibi Io.An. Scđò rndet,qđ ꝓcedit ī foro iudicali:ſecus in foro pœnitẽtiali.Tertiò ꝙ tex.ibi.ſolũ dicit cõtra uenientem non puniendum pro mortali:non autem dicit,ꝙ non peccat mortaliter.Archid. in.c.habemus. xxij.q.j.poſt beatũ Tho.tenet, quòd obliget ad mortale.Dixit eñ quòd periurium ex ſuo genere eſt mortale peccatum:qa importat contemptũ Dei:nec excuſatur à peccato mortali nõ implẽs,quod coactus iurauit. Sed glo.in.c. vnum.§ aliâs ea demum.xxv.diſt. in fine clarè non aperit intentum ſuum:ſed referendo finem ad principium,videtur ſentire quòd obliget ſolùm ad veniale:per illud.c.verùm.& ſic ītellexit eam ibi Ioan.de forli.vt ibi recitat Archi. ¶ Ego complectendo hunc articulum & prẽcedentem diſtinguo ſic,quòd aut iſte metum paſſus,non habuit animum ſe obli
a gandi:& non indiget quo ad Deum abſolutione: quia Deus recipit iuramentum prout ex corde procedit:vt in.c.humanę aures.xxij.q.v. peccauit tamen iurando:quia aſſumpſit nomẽ Dei ſine effectu:erit tamen peccatum veniale. Et fortè hoc procedit ſolùm in homine perfecto:ſed in alio nullum erit peccatum:cum excuſetur ratione metus.& pro hoc quod habetur in ſimili in.c.ne quis.xxij.q.ij. ¶ Aut habuit animum ſe obligandi:& tunc puto,quòd contraueniendo peccat mortaliter:quia affuit conſenſus ſed ratione metus non punietur ita acriter, ſicut ſi veniſſet contra iuramentum liberè prẽſtitum.argu.in.d.c.ſacri.ij.q.j. c.in primis. Et crederem,quòd vbi conſtaret de hoc ſcilicet, quôd habuit animum ſe obligandi,deberet puniri pro mortali:licet non ita acriter.& ſic reſtringo.c.verùm.§ cæterum.j.eo. Aut ſumus in dubio:vtrum ſcilicet habuit animũ ſe obligandi,vel non:& dico quòd propriè loquitur.d.c. uerùm. Nam in dubio præſumendum eſſet,ꝙ non haberet animum ſe obligandi.argu.in.c. ſuper hoc.de renuntia.&.l.cum de indebito.ff. de proba.& ita ſentit Io.And.poſt Hoſt.in.d. b c.verùm.& in.c.ad audiẽtiam.quod metus cauſa.Sed quia poſſet accidere contrarium. Item ne eccleſia ſic daret materiam deierãdi voluit, quòd in dubio obſeruaretur tale iuramentũ, quaſi voluerit ſe obligare:ſed poſt factũ reſpectu pœnæ,quæ eſt reſtringenda, præſumitur in mitiorem partem:vt non puniatur tãquàm pro mortali. Tùm in odium metum inferentis: tùm,qa ex quo eccleſia ꝓcedit ex prẽſumptione,debet in pœna infligenda tẽperare ſnĩam:vt no.Inn.ī.c.qa veriſimile.de prẽſump.& hũc puto verũ ītellectũ illi?.c.p quẽ ſaluaꝫ dictũ beati. Tho.Archi.& aliorũ. ¶ Et ex his põt reddi rõ, de qua aliâs dubitaui:quare votũ metu factum nõ eſt obligatoriũ:vt no.in.c.Abbas.præal.ſed iuramentũ ſic:cũ ſit quoddã votũ & iudiceꝫ à pari.& no.ī.c.debitores.& ī.c.j.ſ.eo.Dico eñ, ꝙ vt.ſ.dixi,iuramentũ nõ debet eſſe obligatoriũ,ſi nõ habuit animũ obligãdi:& ſic deberet pſumi.ſed eccl'ia aliter ſtatuit,ne deſ materia allegãdi metũ:& ſic deierãdi.cũ frequenter iuramẽtũ interueniat ī actib? hominũ.& vt habeatur in maiori reuerẽtia debet peti abſolutio:q̃ ratio ceſſat in voto:quod raro emittitur.

✠ SEBA.SAPI.

a ¶ Calore iracũdiæ. Vide Roma. in ſing.ccccclviij.incipien.volo commentare.l.quicqd calore.verſ.tertio principaliter q̃ritur.& Fe.ī.c.Matheus infrà de ſimonia.

ZACHARI.

b ¶ Obliget ipſo iure.Adde Ro.ſing. ſuo.ccccxcv. incipien.tu ſay,ꝙ.c.j. de iureiur.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Monachus an obligetur naturaliter:& cum conſenſu Abbatis,an obligetur ciuiliter.*

2 *Fideiuſſor clerici põt cõueniri corã iudice ſeculari.*

Interdictum latũ pro pecuniario debito, eſt nullum.

Totus conuentus, an poſsit ſubtrahi pro vtilitate monaſterij.

Abbas, an poſsit vni concedere, vt perpetuo ſtet extra monaſterium.

Abbas, an poſsit cõcedere vni monacho: vt ſeruiat vni Prælato.

Laici, an poſsint dari in obſides.

An & quando monachi clerici poſsint dari in obſides.

Iuramentum tollit beneficium Velleiani.

Promittẽs factũ alienũ cũ iuramẽto obligatur, ac ſi ſe obligaſſet curaturũ & facturum.

¶ CAP. IX.

a ¶ Ex reſcripto. Romã. in l. ſciendum. ff. de ver. oblig. dicit in hac Decre. eſſe ſingu. caſum pro dicto Archi. in c. quãuis. de pac. in. vj. & Io. An. in c. cum cauſam. de emp. & vend. videlicet, ꝙ qñ in contractu interuenit iuramentum, non requiritur certificatio priuilegij.

ANT. FRAN. ¶ An in renũtiatiõe iurata, reqratur certificatio iuris renũtiati, videas plenè per docto. moder. in l. ti. in §. idẽ quęſitũ. ff. de cõd. inde. & in l. ij. eo. titu. Et adde, ꝙ talis renũtiato iurata p defunctũ, afficit etiã hæredẽ: vt ibi p doct. Dicas etiã, ꝙ renuntiãs priuilegio, nõ videtur renuntiare iuri communi: vt in l. miles. in §. ſexaginta. ff. de adul. & habetur p Bal. in l. ſed & ſi quis. in §. quęſitũ ff. ſi qs cautio. Et adde gl. in cle. dudum. de ſepul. & gloſſ. in c. cum nõ deceat. de elect. li. vj. q̃ dicũt, quòd renuntiatio cõm ſtatutorũ, vel bñficiorũ, non ſe extendit ad ſtatuta iurata. Et de huiuſmodi certio ratione facienda etiã cum iuramẽto, an ſit neceſſaria: vide no. in l. quãuis. C. ad velle. & vide gl. in l. fi. in §. penult. ff. eo. ti. & ad de p Bart. in l. patront. in §. Iulian⁹. & ibi plenè per Alex. in. iiij. co. ff. de iureiuran. & vide do. Ant. in c. ſi diligenti. in vj. co. de foro compe. & adde Bal. in l. j. in fi. C. ne vxor pro marito.

b ¶ Seculari. Idem tenet do. Ant. hic in. ij. col. verſ. q̃ fideiuſſores laici. &c. & Romã. ponit hoc in ſuis ſing. & idem tenet Bald. in rubri. C. de pri. do. & tenet expreſsè Arch. in c. te quidẽ. in fi. xj. q. j. & allegat Spec. in loco. hîc per do. Anto. & ipſum allegato. bene facit gloſſ. in ver. fideiuſſoribus. §. fi. inſti. de repli. quæ dicit, ꝙ exceptio, quę cõpetit principali ratione perſonæ, non competit fideiuſſori. Sed priuilegiũ quod habet clericus, vt non cõueniatur corã laico, ei competit ratione perſonę: ergo non tranſibit in fideiuſſorem. Quid econtrà, ſi clericus fideiuſſit pro laico coram iudice laico: an prætextu illius ſnĩę poſsit contra clericum fieri executio: vide per Pet. de Anch. in c. ea, q̃. de regu. iur. in. vj. xxj. q. circa fi. & quid ſi duo fideiubent pro aliquo, quorum vnus eſt clericus, alius eſt laicus corã quo debebunt conueniri? Bart. in l. præcipimus. §. eodẽ obſeruando. C. de appel. dicit, quòd etiam laicus hoc caſu debebit cõueniri coram iudice eccleſiaſtico.

ANT. FRAN. ¶ Circa iſtum paſſum valde dubiũ, an exceptio competens principali, cõpetat etiam fideiuſſori. vide Bal. in l. exceptionẽ. & in l. tam mandatori. ff. de excep. & in l. ij. C. de non nu. pecu. & vide Bar. in l. ſi ea lege. C. de vſu. rei iud. & in l. j. in fi. vbi per Bald. C. de fideiuſ. mino. vbi inter reliqua dicunt, ꝙ fideiuſſor poteſt excipere de non nu. pecu. reo etiã inuito: ita ꝙ licet debitor compareat agnoſcendo debitũ, & cõfitendo pecuniam ſibi fuiſſe numeratam, poteſt fideiuſſor opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. quod tamen intelligit Bal. verum in l. tam mãdatori. in vlti. colũ. & in l. ſi cui. C. de nõ nume. pe. ſi debitor eſt pauper: ſecus ſi eſt diues. & ibi etiã dicit, ꝙ poteſt excipere eo caſu, quo contractus eſt vſurarius, etiã ſi principalis confiteatur cõtractũ eſſe verũ. Et præ dicta intellige vera, etiam ſi qs fideiuſsit non rogat⁹: vt l. ſi mulier. i. §. fi. ff. ad velle. & vide Bal. in l. ſi mulier. in xij. colũ. ff. ſolu. mat. vbi etiã dicit, ꝙ fideiuſſor poteſt opponere exceptionẽ competentem rei prĩcipali, quã ipſe reus etiam opponere non poteſt. & vide Ro. in ſin. ſuis in verbo exceptiones, q̃. & vide Spe. in ti. de accuſa. in. §. vj. ver. item quæritur. & in ti. de fideiuſ. & not. Dicit tamen Bald. in authent. habita. C. ne fil. p patre. quòd fideiuſſor ſcholaris non gaudet priuilegio ſcholaris. & vide Bar. ĩ. l. fi. C. ad Macedo. vbi dicit, quòd fideiuſſor filiusfamil. iuuatur beneficio Macedoniani, niſi pr̃ habuerit ratũ mutuũ factũ filio fami. de quo ẽt ꝙ Bart. in l. ſed & ſi pater. in §. non ſolum. ff. ad Mace. & no. in l. ſi filius pro muliere. ff. q̃ res pignor. oblig. poſ. Et ad materiã vide q̃ habentur in l. ſi eum. in §. j. ff. ſi quis cau. & Bald. in l. conſtitutionibus. C. de vſu. & in l. ſi quis poſtq̃. & in l. vbi cunq; de fideiuſſ. Et an fideiuſſor cõueniatur ĩ foro ſuo, vel in foro ſui principalis. dicas quòd conuenietur in ſuo foro: niſi renuntiauerit priuilegio fori: quia tunc poterit conueniri in loco contractus, ſi ibi repertus fuit: vel ſi ibi promiſit ſe repręſentare, vel ſoluere: iuxta materiã. leg. hęres abſens. ff. de iudi. &. c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. libr. vj. Et vide Bald. ſingu. loquentem in l. cum Archimedoram. C. vt in poſſ. leg. Et quãdo ex duobus obligatis vnus eſt clericus, & alter laicus: coram quo iudice debeant conueniri? dicas, ꝙ ſi promiſsio eſt diuidua, quilibet conuenitur in ſuo foro: aliâs cõuenientur in foro clerici: vt per Barto. in l. pręcipimus. C. de appel. quia magis dignum attrahit ad ſe minus dignum. vt in c. aqua. de conſecra. eccle. vel alta. cum ſimi.

c ✠ SEBASTIA. SAPI. ¶ Tota terra. Vide Gemi. in. c. ſi ſententia. de ſen. excom. in ſexto. & Calde. in tracta. de eccleſiaſtico interdicto. in ij. membro quæſtio. xvj. Archidiac. in capitulo ſicut domini veſtimentum. xvj. q. vij.

X reſcripto. a ¶ Monachi, ꝙ pro debito monaſterij iurãt ſtare ĩ obſtagio, & fideiuſſores, ꝙ iurauerũt creditorẽ indẽnẽ ſeruare: iuramẽta ſeruare cogũtur. ¶ Cõis diuiſio. Scda ibi: *ideoq́*. & pone caſum in terminis. Quidã Abbas p vtilitate monaſterij. certã quãtitatem pecuniæ recepit mutuo à quodã P. & cõuẽtũ fuit ĩter eos, vt certis loco & tpre ſolueret dicta pecunia p Abbatẽ dicto P. & p hac conuẽtione obſeruanda quoſdã ex ſuis monachis obſides dedit, qui de obſeruãda cõuẽtione iurauerũt. Itẽ p̃miſit dictus Abbas, ꝙ ſi illi monachi dati pro obſidibus aliquo caſu deficerẽt, alios ĩ eorũ loco ſurrogaret. Inſuper ſi fidẽ monachi nõ ſeruarẽt: Abb. dedit fideiuſſores quẽdã nobilẽ virũ & eius vxorẽ, q; ſub iureiurãdo etiã ſe obligauerũt. Deniq; oĩbus deficiẽtibus in dicta conuẽtione obſeruãda: iſte. P. creditor cõqueſtus eſt Papæ q mãdauit: vt habeẽ in litera ĩ ver. ideoq; mãdamus. &c. ¶ No. Abbatẽ poſſe p vtilitate monaſterij. aliquos ex monachis tenere extra monaſteriũ, etiã dando eos in obſides. ¶ No. ij. ꝙ clerici etiam religioſi poſsũt p vtilitate eccl̃iæ ſe obligare ad ſtãdũ in obſtagio. Et eſt obſtagiũ cõuẽtio iurata, vel alĩs obnoxia adſtringens quẽ ad nõ exeundũ de certo loco, donec fuerit principali cõuẽtioni ſatisfactũ. Et eſt ſcdm Hoſti. cõmuniter vulgare in guæ latinæ, maximè in Francia, Lõbardia & p uĩcia: & vtimur hodie hoc cõmuniter in Italia.

1 ¶ † Not. iij. ꝙ monachus poteſt pro vtilitate monaſterij ſe obligare perſonaliter, etiam cum iuramento. Ex hoc text. colligit Hoſtiẽ. argu. imõ dicit expreſſum pro naturali obligatione actionem dari. Nam monachi non poterant obligari ciuiliter, ſed naturaliter tantùm. Aduerte de dicto principali: dic vt plenè no. in c. j. de pac. ſed quo ad alia credo dictũ Hoſt. hîc non colligi: quia monachi ſe obligauerunt cum conſenſu Abbatis & pro vtilitate monaſterij. Et ſic puto, quòd etiam ciuiliter fuerunt obligati: cum eorum conſenſus & voluntas dependeat à voluntate Abbatis: vt in c. ſi religioſus. de elect. libr. vj. Puto etiam, quòd ſine conſenſu Abbatis, monachus non obligetur etiam naturaliter: quia ius reſiſtit huic obligationi: vt in c. non dicatis. xij. q. j. & in c. ij. de teſtamen. lib. vj. ergo nulla oritur obligatio: vt in l. cum lex. & ibi per Bart. ff. de fideiuſſo. quod not. ſecus dico in ſeruo. Ille enim obligatur naturaliter: vt in l. naturaliter. ff. de cõdi. inde. Et hoc ideò, quia ius ciuile non reſiſtit, ſed nec aſsiſtit. Hinc fortè dixit text. not. in c. multos. liiij. diſtinct. ſeruitutem iſtam ſpiritualem, quæ eſt in monacho ſtrictiorẽ fore ſeruitute humana. Et facit ad hoc, quia ſeruus non renuntiat propriæ voluntati: ſed monachus ſic: vt in d. c. non dicatis. Ex hoc infero aliud notabile, quòd in obligatione monachi ſine conſenſu Abbatis non poteſt accedere fideiuſſor. l. j. &. ij. ff. de fideiuſſ. vide tamen de his contractibus monachorum eleganter. in c. cum olim. ij. per Inno. de priui. &. c. quod quibuſdam. de fideiuſ. & per Bart. in l. ſi ſeruus communis ita. ff. de ſtipul. ſeruo. No. non improbatum: vt clerici etiam religioſi iurent ſuper contractu obſeruando. ¶ Item no. quòd laicus iurans ſuper contractu etiam tanquãm fideiuſſor poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico. Facit. c. fin. de foro compet. lib. vj.

2 b ¶ † An autem fideiuſſor clerici poſsit conueniri coram iudice ſeculari[b] cum principalis ibi conueniri non poſsit. Vide per Spe. in ti. de competen. iudi. adi. §. j. verſi. ſed pone. & concluſio eſt quòd ſic.

3 c ¶ † Not. mirabile, quòd tota terra[c] poteſt ſubijci interdicto, ex eo? quia dominus non ſeruat conuentionem iuratam, etiam ſi conuentio concernat commodum pecuniarium & priuatum intereſſe. Hodie verò ipſo iure eſt nullum interdictum latũ in aliquẽ locum pro pecuniario debito. De quo dic, vt habetur in extraua. Bonifa. quæ incipit, prouide. de ſen. excom. ¶ Oppo. & videtur, quòd iſti

monachi non poterant detineri,vt obsides.argumen.in.c. nuper. &.c.contingit.de senten.excommu.Gloss.prima metu contrarij, vt arbitror:dicit quòd isti fuerunt dati voluntate eorum:aliâs detineri non possent. Hostien. dicit hoc non procedere in monachis:quia non habent velle:quare dicit,quòd de imperio Abbatis, & pro vtilitate monasterij,seu necessitate,manebunt in obstagio. de postu.capitu.ij.Nec obst. secundùm eum,quòd stabilitas loci, vel claustri sit de regula ꝯ.eod.c.sicut ex literis. & quod monachus sine clausto non viuit.xvj.quæst.j.c.placuit.& quòd Abbas tenetur reuocare vagantem.de offi.ordi.c.quanto.&.c.fin.de regu. & quòd beneficiati,vel existentes in sacris non sunt auocandi à diuinis:vt in.c.fin.lxxxviij.distinct.& argumen.ff.de arbi.l.non distinguemus.§.sacerdotio.Hoc enim dicit procedere,cum auocaretur totus conuentus etiam ad tempus,vel de vno monacho in perpe-
a tuum.sed pro necessitate,[a] vel vtilitate monasterij: hoc tolerantur ad tempus de Abbatis imperio:sicut aliquando manent in alicuius Prælati, vel magnatis seruitio, quod fit non sine vtilitate monasterij:cum per illum negotia monasterij promoueantur. sicut in simili dicitur de cle.non resid. cum dilectus. & facit quod
4 not.in capitu.cum.I.&.A ꝯ.de re iudic. ¶ † Not.plura ex his dictis Hostien.primò,quòd totus conuentus non potest subtrahi à monasterio pro necessitate,vel vtilitate monasterij etiam ad tempus. Ego distinguerem causam necessitatis & vtilitatis:argumen. in.c. si canonici.de offi.ordi.lib.vj.&.c.ex parte ꝯ.de verbo.signi.& in.c. ij.de iure patrona.vbi bo.text. sed pro leui causa non esset fien-
5 dum.& sic procedit do.Hostien. ¶ † Secundò not. Abbatem non posse cõcedere vni monacho,vt in perpetuum stet extra clausturũ. In contrarium adduco cap.insinuante.qui cle.vel vo. & quod ibi not.Inno.vbi dicit,quòd licet Abbas non possit se ad hoc obligare:argumen.c.cum ad monasterium.ver.nec alicui.de statu regu. tamen potest concedere monacho,vt stet in certo loco extra monasterium in dicto.c.insinuante.Nam vt dicit Abbas in.c.cum illorum. de senten.excommu.vbicunq; fuerit monachus,dummodò sit sub obedientia Abbatis,semper fingitur esse in clausto.Sed pro dicto Hostien.adduco tex.not. in.c.monachum.xx.q.iiij. vbi dicitur,quòd etiam propter necessitatem infirmitatis nõ licet monachis relicta congregatione eligere sibi cellulas solitarias extra septa monasterij.Potest dici,quòd sine causa,vel leui nõ potest Abbas hoc concedere:sed ex causa vrgenti & probabili hoc poterit.
6 facit quod not.idem Inno.in.c.porrectum.de reg. ¶ † No.iij.Abbatem posse concedere monacho,vt sit in seruitio alicuius Præla ti,vel alterius magnatis.Pro hoc ego allego.c.cum pastoris.ij.qõ. vij.vbi est text. not. probans monachum posse esse Episcopi cubicularium.Et ibi gloss.examinat,an Episcopus inuito Abbate possit illum habere:& facit hoc ad id quod superius dixi.Nam ibi deputatur ad seruitium Episcopi sine temporis præfinitione. & vide
7 quod not.Innocẽ.in capi.cum.I.&.A.præallega. ¶ † Secundò hîc gloss prima principaliter opp.videtur enim quòd liberi homines non possunt obsides dari:de pig.c.ij.&.l.qui filios.C.quæ res pig. ob.possunt.in quibus patet,quòd liber homo non potest dari in pignus. & qui recipit, punitur: vt in authen.vt nul.iudic.§.quia verò. In contrarium arguit gloss.Nam iura videntur hoc permittere:vt in cap.vt pridem.&.l.obsides.allega.in glo.Sol. gloss. tripliciter. ¶ Primò,quòd liber homo non potest detineri:vt ius cõ
b stituatur in eo, tanquàm in pignore:[b] nisi in casu.l.ij.C. de pat. qui fil.distra. sed bene potest teneri nuda detentione:vt fiat,quod conuenit inter partes.& pro hac solu.facit secundùm Ioan.Andr. quia quando ꝙ tenetur res pro ea pecunia,pro qua obligata non
c fuit:vt in.l.vna.C.etiam ob chirog.pecu. pignus tene. po. ¶ Secũ dò soluit gloss.quòd hîc narratur factum:quasi dicat ius hîc non poni. ¶ Tertia solu. quòd pro pecunia obligari non potest: sed pro pacto ineundæ pacis, vel consimilis, sic: vt hîc, & capitu. exposita. de arbit. Gloss. decima quæstio.ij.capitu.ea enim.§.hoc ius. in verbo conflata. tenet primam solutionem, eam tamen restringendo per hanc vltimam:vt pro pecunia nõ possit ita restringi capitu.vt pridem vigesimatertia quæst.viij.& videtur ibi velle, quòd inuiti retineri possunt isti dati obsides.quod tamen dicit nõ procedere in clericis:quia clericus non potest renũtiari beneficio canonis,si quis suadente.vt in capitu. contingit.ij.de senten.excõ.

a ¶ SEBA.SAPI. ¶ Pro necessitate. Vide Abb.idem tenentẽ in.c.quãto.s̃.de offi.ordina.& Cardi.in cle.j.§.ex præmissa.de supplẽ.neglig̃.Prelatorũ.vbi dicit,ꝙ quando Abbas dedit licentiam cũ causa,ꝙ monachus stet extra clausturũ:non potest talẽ licentiam reuocare sine causa. Ex quo limitatur dictum Inno.in.c.insinuante.ꝯ.qui cleri.vel vouẽ.vbi dicit:ꝙ Abbas non potest se obligare,ꝙ monachũ non reuocabit. Hoc em̃ debet intelligi, qm̃ causa subesset reuocandi.

Et ad capitu.istud dicit,quòd authoritate Papæ pro necessitate ecclesiæ hoc fuit factum. sed certè hoc est diuinare ad istum text. & potius colligitur contrarium.Innocen.primò ponit solu.gloss.posteà dicit,quòd obsides vocat eos, qui iurant, quòd non recedent de certo
b loco,quousq; ab eis fuerit satisfactum. Nam si detinerentur inuiti,essent excommunicati detentores.xvij.q.iiij.c.si quis suadente. etiam si de eorum voluntate detinerentur dicto capi. contingit. & idem sentit Hostien. ¶ Io.And. distinguit modum tenendi. Si enim clericus promisit obstagium in castro, vel palatio: & ne dicatur fractor fidei,si ibi sponte manet,pudori suo parcens: cessat excommunicatio. Si verò tenetur in compedibus, vel in carcere re inuitus: vt fugere non possit:tunc est locus pœnæ.Do.Ant. nil dicit hîc de suo:sed sola recitatione fuit contentus.sed profecto articul⁹ iste non est clarificatus per præcedẽtem. ¶ Vn
c de cum quæritur,an liber homo possit dari in obsidem[c] facio tria mẽbra:aut quæritur de laicis:aut de monachis:aut de clericis secularibus. Primo casu dico,quòd ab Imperatore suis hostibus & ecõtra possunt dari:& isti obsides hoc casu sunt quasi serui:vnde non possunt testari sine licentia Principis:vt in.l.obsides. & quod ibi not.ff.de testa. Idem puto de alijs Principibus habentibus iura principis,seu ius indicendi bellum. Ad hoc quod in simili not. Bart.ff. de publi.iudic.in.l.infamem. & isti propriè dicuntur obsides veri. Aut queritur, nunquid possint dari ab inferioribus.& gloss.in.l.ij. C. de pa. qui fil. distra.dixit,quòd non:licet fatea tur de facto vsurpatum contrarium. Et idem domi. Azo in summa de testa. Bartol. in. l. obsides.nõ eligit sed remittit ad istũ tex. ¶ Ego credo,quòd non possunt dari:vt sint propriè obsides:vt sic perdant quodammodo libertatem: quia immutare statum hominis est solius Principis. argumen. l. prima.§. de quà. ff. de postula. & fortè hoc voluit Innocen. hîc, dum dixit: quòd hîc vocantur obsides,qui iurant quòd non recedent. &c. quasi dicat istos non esse propriè obsides. Aut dantur,vt non recedant de loco donec fiat,quòd inter partes conuenit, ita quòd aliter non alteratur istorũ
d statu.Et põt ꝓbabiliter dubitari[d]:& credo ꝙ si non interuenit iuramentum,nõ possint saltẽ inter priuatos de iure dari: quia videt quæ-

b ¶ Vnũ casum in quo liber hõ est nexus pignori:vide in.l.senatus.§. fi.ff.de le.j.

c ¶ Obsidẽ. An liberi hoĩes p̃nt dari obsides.& de hoc vide Bal.vbi ponit Bart.verba in l.obẽs.C.de ac.& Bal.ĩ extraua.de pa.Cõstan. in gl. in ver.dãna. & ꝙ Bald.in.d.l.C.de pa qui fil.distra. ANT.FRAN. ¶ Circa hoc, qd hîc dr̃ de obside, an dari possit liber homo: dicas, ꝙ homo liber nõ põt dari ꝓ obside ꝓ qualibet cã priuata,sed bene põt dari pro causa publica:ita Bal. ĩ.l.obẽs.C.de act. & obli.& in.l. obæs.C.de præ. mi. Et an possit dari filius ꝓ patre.vide quę habent̃ in authẽ. imò.C.de act.& obli.& per Alex.post Bal.in l.j.ff.in ius voc.vt eãt. Et adde ꝙ obses datus sine consensu superioris habentis ius in eo põt reuocari: qa dari non potuit. ita Bald.in.l.ij̃.C. de pa.qui fil. dis. vbi etiã dixit, ꝙ obsides nõ tenentur seruire ei cui dati sunt:nec p̃nt locari,vel pignorari,nec etiã possunt se renocare in libertatẽ,si consenserunt se dari pro obside.Et adde,ꝙ clericus nõ potest per Episcopum dari obses pro fiducia treugæ:vt est gloss.reputata singu.in capitu.vt pridem.xxiij̃.q.viij̃.quam allegat etiã pro sing.Ro.in suis sing.in ver.treug.& versi.nunquid Eps.vbi etiam dicit,ꝙ nec monachus potest dari obses,per Abbatem nisi cum authoritate Papæ.

d ¶ Dubitari. Tu pondera contra oẽs:qa.d.c.ij̃.de pignoribus.dicit,quòd liber homo non potest detineri:ergo confunditur omnis doctrina doctorũ. Põdera,quia iste tex.loquitur in monacho,qui est seruus monasterij̃: & subditus sub iugo Abbatis:& tm̃ requiritur iuramentum:ergo liber hõ nõ poterit.Item,quia hîc agitur de fauore monasterij̃:& sic fauore publico:vt dixit Bald.& Sali.in.l.obæs.C.de act.& oblig.Pondera etiam,quia hîc liber homo nõ potest facere cõuentionẽ:vt sit seruus.l.ij̃.ff.de li.homi exhi. ergo nõ potest facere pactum,vt detineatur.Põdera,qa legi ꝓhibitiuè,nõ potest renuntiari.gloss.in.l.j.C.ne fideius.do.den.sed.d.c.ij̃.prohibet:ergo põdera,qa per istud pactũ videtur dari iurisditio priuato homini:quia ex

quo detinetur per vim:ergo nõ valet tale pactũ.C.de priua.car.l.j.Itẽ carcer nõ ſolùm eſt locus arctus,ſed vna ciuitas:vt per Ang.in.l.ſi à bonæfidei.ff.de rei ven.ergo nõ valet huiuſmodi pactio.And.Barba.

ANT.FRAN.¶ Circa hoc quod hîc dicit de libero homine,dicas ꝙ cum liber nõ recipiat ęſtimationẽ:vt in lege,liber homo.ff.ad leg. Aquil. ideò nõ poteſt vẽ di.l.liberi.ff.de cõtrahẽ.empt.l.homo liber.de verb. oblig.& ꝑ Spe.in ti.de feud.in.§.ij. in verſi.ij. Põt tñ obligari ꝙ pigno re in redẽptionẽ captiuorũ.l.ab hoſtibus.& ibi Bal. C.de poſtli.reuer. & quia non recipit ęſtimationẽ: nec eſt dñs membrorũ ſuorũ:vt in d.l.liber hõ.& per Bal.in.l.ob æs.C. de præ.mũ.nõ poteſt volens facere ſe perpeti:vt per Bar.in.l.j.ĩ.§.vſq;. &ibi videas ꝑ Alexã.ff.de iniu.tñ videtur tex.in.l.cũ homo.xxiij.qõ.v. ꝙ poteſt ſe obligare ad pœnã corporalẽ.ad qđ vide omnino Bald. in.d.l.ob ęs.Et ad de,ꝙ homo liber nõ poteſt in facie ſignari ob reuerẽtiam creatoris ad cuius ſimilitudinẽ eſt facta facies hominis.Ita not. voluit Inno.in.c. ad audientiam.de cri.falſi.Dicas tñ ꝙ licet homo nõ ſit dñs ſuiꝑſius: habet tamen libe rum arbitrium. xxiij.qõ. iij.in.c. Nabuchodonoſor.& in capi.qui Epiſcopus.xxiij. diſtin.& ĩ.c.fi.de pœni.di.j.& ipſi homini oĩa ſubiecta ſunt qa hoĩs gratia omnia fuerũt facta à Deo. cle.j.§.indiuidi.& ibi plenè per do. Car.de reli.& vene.ſanct. Et an poſsit ſe ad carcerem obligare:vide plenè q Ange. in.l. nemo carcerem.perillũ text. C.de exac.trib.li. x.Adde etiam,ꝙ ſi homo liber eſt in obligatiõe, eſt repetẽdus & eximendus ab obligatione:iudicis tñ officio erit æſtimatio præſtanda & ad illã fiat condemnatio:vt per

dam ſpecies ſeruitutis.Nã video,quòd obligatus ad factum præcisè non cõpellitur:cum videatur quædam ſpecies ſeruitutis:vt le.& not. in.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo. obli.l.ſi quis ab alio.in fi.de re iudi.facit etiam qđ not.in.l.cum tale.ff.de cõdi.& demõ.ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe:vt in iuribus præalleg.no.Igitur fortius dicẽdum in caſu noſtro, vt nõ valeat hæc obligatio,quatenns teneatur ſtare & non recedere de certo loco.Item hîc videtur quidam carcer priuatus,quem iura miro modo deteſtantur:vt.l.j.C.de priua.car.Et ad iura,quæ videntur aliud velle eſt dicendum,ꝙ narrant factum:& nõ ponunt ius ſaltẽ inter priuatas perſonas;ſed ſi interuenit iuramentum, puto quòd is,qui iurauit poteſt compelli ad obſeruationem ipſius:vt ſtet in loco donec fiat,ꝙ conuenit:non tamen aliter debet detineri:inuitus.& ſic intelligerẽ iſtũ tex.Nõ enim crederẽ valere iuramentum:vt poſsit inuitus detineri: qa eſſet contra bonos mores:contra.c.non eſt
8 obligatorium.de reg.iur.lib.vj.¶ † Venio ad ſecundum membrum,videlicet quid de monachis.Et puto,quòd tam in eis, quàm in clericis ſecularib⁹,ꝙ ſolus Papa poſsit eos dare obſides,vt propriè ſortiantur naturam obſidium. de quo.ſ.arg.in.c.cuncta per mundum.&.c.per principalem.ix.q.iij.& ſic procedit glo.in.d.c. vt pridem.Aut dantur nõ,vt propriè ſint obſides:ſed vt ſtẽt in certo loco.&c.vt.ſ.Et puto qđ Abbas poterit monachũ ſuum deputare ꝓ neceſsitate, vel vtilitate monaſterij etiam inuitum:quia monachus non poteſt Abbati reſiſtere:cum voluntas ſua dependeat à voluntate Abbatis:vt in iuribus præalleg. Ex qua ratione puto,quòd eum detinentes etiã inuitum dummodo de voluntate Abbatis,non ſint excommunicati.argumen. c.vt fame. de ſenten. excom.ſed inuito Abbate non poterit retineri.Tum,quia habet beneficium canonis.c.ſi qs ſuadente.& facit capitu. nuperĩ.de ſenten. excom.Tum,quia eſſet quædam ſpecies ſeruitutis tenere hominem inuitum:vt ſuprà dixi in laicis. Si autem interuenit iuramentum ſerua, quod ſuprà dixi in laicis. Et idem per omnia dico in clericis ſecularibus: niſi, quia non poterunt per Epiſcopos deputari,ſicut monachi: cũ non ſint ita adſtricti:nec poterunt inuiti teneri:licet à prĩcipio cõſenſerint ſine excõicatio nis pœna.arpal.c.cõtigit.nec Epũs ĩ hoc põt diſpẽſare.ar.c.ſi diligẽti.de fo.cõpe.¶ † Op.cõtra text.in eo, quod mandat vxorem compelli ad obſeruantiam fideiuſsionis. Nam mulier iuuatur beneficio velleiani, vt non teneatur obligans ſe pro alienis debitis.ff.&.C.ad vellei. per totum. not. in capitu.ſi diligenti.de foro compe. Sol. gloſſ. penùlti .dat tres ſolutio. Prima,quòd mulier audietur, ſi excipit de ſuo beneficio. hoc diuinat. Secunda,quòd fortè hęc mulier renuntiauit huic beneficio. hæc etiam diuinat. Et an quando valeat renuntiatio: dixi plenè in dicto capitu. ſi diligenti. Tertia ſolutio, quòd hîc obligatur vigore iuramenti[a] argumen.capitu. cum contingat. de foro compe. Sol. in ti.de obli.& ſol.in.§.iiij.in ver.ad vlteriora.

a ✠ SEBA.SAPI.¶ Vigore iuramenti.Vide Alexã.in conſi.xlij.in.vj. col.in ver.optimè facit & in cõſi.xciij.in pe.col.in.j.vol.& in cõſil.ccxxij. inci.viſa facti narratione.in.ij.vol.1mo.in.c.cũ contingat.in.xxj.col.j.eod. vbi dicunt,ꝙ iuramentum habet vim certiorationis.Nam ad hoc ꝙ mulier poſsit renũtiare velleiano:oportet ꝙ ſit certiorata.Si aũt iuramẽto põt renũtiare: ergo iuramẽtũ habet vim certiorationis.& ad hoc tex.reputatur ſingu.vide Alexã.in l.ſciendum.ff.de verb.obli.& Corſ. in repeti.rubricæ huius titu.in.xiij. priuilegio.& do. Anto.Baueria.in trac.de virtute iuramenti,in.ij.& xvij. effectu.& Iaſ.in auth.ſacramenta puberum. colũ.xiij.C.ſi aduer.ven.& in.d.l. ſciẽdum.col.xij. &.d.Frã.Cur.in conſil.xliij.inci. piẽ.ſuper contingẽtia.col.v.

pe.& hoc mihi placet. & eſt valde not. & notabis ſemper in hoc hunc text. iuncta hac glo. quòd mulier obligatur ex fideiuſsione,ſi iurauit. Et plus dicit Bartolus in.l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. quòd contractus fideiuſsionis firmatur iuramento. quod bene not. Nam mulier principaliter iuuatur in fauorem ſui: merito contractus in contrarium firmatur iuramento.argumen. in capitu.ſecundo.de pac. libr. ſexto. An autem poſſet petere relaxationem, vel abſolutionem iuramenti:vide qđ
10 dicam in dicto capitu. cum contingat.¶ † Vltimò oppoñ. videtur enim, quòd ex alio capite hæc mulier & maritus, non poterant conueniri: quia non potuerunt promittere factum alienum. inſti. de inuti. ſtipula.§ ſi quis alium. Soluit gloſſ. fin. quòd iſti ſolum compellentur ad dandum operam: vt conuentio obſeruetur. &c. Aduerte quia gloſſ. Videtur ſentire iſtos fuiſſe fideiuſſores obligationis facti videlicet,vt conuentio de obſidibus & alijs obſeruetur:quo caſu cum promittant factum alienum tenentur ſolùm præſtare operam,quã poſſunt & non aliud. Et ſcãm hûc intellectũ b
collige vnum ſingulare, quòd licet alius promittens factum alienum[b] ad nihilum obligetur: niſi ſpecificè promiſerit ſe curaturum & facturum: vt in dicto.§.ſi quis alium. tamen ſi ſimpliciter promiſit factum alienum cum iuramento, obligatur ad operam præſtandam:ſicut ſi ſe ſpecificè obligaſſet: vt ſic valeat iuramentum eo modo, quo valere poteſt. argu. in capitu.ad noſtram ĩ.eod. & .l. cum pater.§. filius matrem.ff.de lega. ij.& ad hoc facit text. cum gloſſ. in capitu. ex literis. ij. de ſpon. Si autem vis intelligere text. quòd iſti obligauerunt ſe, vt fideiuſſores debiti principalis: tũc ceſſat motiuum gloſſ: & tunc poterunt conueniri iuxtà ea, quæ habentur in authen.de fideiuſ.in prin.& vt no.in.c.ij.de fideiuſ.

b ¶ Alienum.Not. ſing. limitationẽ ad regulam.§. ſi quis alium. inſti. de inuti.ſtipu.cũ ſi.ex not. effectu iuramẽti.Et idẽ tenet Ang.de Are. in.d.§.ſi qs aliũ. ĩ vj.fallẽtia.& in.§. verſa vice.ĩ eo.tit. &.d.Iaſ.de May. in.§.itẽ ſi qs.in.iij. col.in.ix. effectu iuramẽti.in fi.inſti.de act.ꝙuis referat Io.fa.ĩ.d.§.ſi qs.tenere cõtrariũ, ꝙ pmiſsio,ſeu ſtipulatio facti alieni iurata, non teneat de iure ciuili p.l.non dubiũ.C. de leg.vbi dicit eſſe clarũ & expedi tũ:ꝙuis de iure canonico ſcđm eũ, ſub dubio tñ fortè ſit ſecus,ꝑ iſtũ tex.& vide q̃ addidi ĩ.c.ęſto.j.eo. ti.in.j.col.

ANT.FRAN. ¶ Ad iſtud de ꝓmittẽte factũ alienũ cũ pœna ĩter poſito iuramẽto, ꝙ valeat talis ꝓmiſsio:vide Ang. in.l.inter ſtipulãtẽ.vbi ẽt ꝑ Alex. ff.de verb.obli.& ĩ.l.ſtipulatio iſta. ĩ.§.alteri.ꝑ Alex. poſt Ro.& adde, ꝙ valet etiã ꝓmiſſio facti alieni,qñ

SVMMARIVM.

1 *Propter periurium poteſt quis à beneficio & ab ordine deponi.*
2 *Sola ceſſatio biennij ſolutionis cenſus, vel penſionis, an & quo caſu ſufficiat ad priuandum clericum de beneficio.*
3 *Infamia nunquid ipſo iure priuet quem titulis ſui beneficij, dignitatibus & honoribus.*
4 *Is cuius intereſt poteſt agere ciuiliter de crimine: vt quis remoueatur à beneficio.*
5 *Non obſeruans fidem, an efficiatur infamis, & priuetur beneficio.*
6 *Periurus non dicitur, qui ob neceſsitatem non adimplet iuramentum: vide in primo notabili.*

¶ CAP. X.

Querelam.¶ Periur eſt & ab eccleſia remouendus, qui nõ neceſsitate, ſed volũtate venit cõtra licitum iuramẽtũ. hoc dicit. Prima pars ponit impetrantis querelam. ſeda dat iu

14 ¶ † Septima differentia ſecundū quoſdā eſt, quia in iudicem ordinariū ſubditi nō poſſunt cōpromittere, vt in arbitrum: ſed vt arbitratorem ſic. Tu de hoc dic, vt plenè no. in. l. ſed & ſi ſeruum. §. ij. & in. c. cum tempore. de arbi. vbi iſta declarantur & determinant. ¶ Octaua differentia eſt ſecundū Inno. hîc in homologatione ſententiæ. Nam ſentētia arbitri homologatur. i. approbat taciturnitate. x. dierū: vt ſic poſtmodum detur actio & exceptio. l. penul. C. de arbi. Intellige ſi ſine pœna fuit cō promiſſum: vt ibi no. & in. c. per tuas. de arbi. Dictū arbitratoris non homologat prędicto modo: ſed ſi illud expreſsè confirment partes: parit exceptionē, quaſi tranſactionis, vel pacti. Imò ſecundum Hoſtiē. ſi æquum ſit etiam e vna parte cōtradicente erit officio iudicis executioni mandandū. ar. ff. de re iudi. l. ſi conuenerit. Et idē ſi iniquum ſit poſtquā ad æquitatem fuerit redactum. arg. c. ij. de arbi. & ad ibi not. remittit Hoſti. ¶ Et aduerte, qa hîc ſunt duo examinānda. Primò an pro executione arbitramenti detur aliqua actio, & quę. Secūdò an ex taciturnitate temporis homologetur arbitramentum: adeò, vt non poſsit peti reductio ad arbitrium boni viri. Et de vtraq; quæſtione reſpectu ſententiæ arbitri, non eſt materia noſtra: ſed plenè tractat in. c. per tuas. & in. c. dilecti. de arbi. & in. d. l. pe. C. eo. ti. hîc autem tractatur de ſententia, ſeu dicto arbitratorū. ¶ † Et quo ad primam quęſtionē inſtat 15 plurimū hîc Inn. ſed in effectu cōcludit: ſi fuit f iuratū[f]: oritur actio in factum ex iurando. Si verò non fuit iuratum ſtare arbitrio arbitratoris: tunc ex ipſius ſententia non oritur actio nec propriè dicitur dictum eius ſententia, ſiue arbitrium: ſed potius quædam tranſactio: vt. ſ. dictum eſt. Eſt tamen vtilis arbitratio ſine iuramento: quia ſi præceſsit ſtipulatio agetur ex ipſa: vel ſi ſine aliquo contractu electus eſt arbitrator: puta, vt arbitretur de pretio alicuius rei venditæ: tunc agit ad arbitramentum actione ex vendito, vel ex alio contractu ſimili: vt in §. pretium. inſtitu. de contrahend. emptione. Quod eſt intelligendum ſecundū eum, ſi incontinenti poſt contractum, vel ſtipulationem conuenit de ſtando dicto talis arbitratoris, ſecus ſi ex interuallo. Tunc enim ex dicto talis arbitratoris, non datur actio, ſed tantùm exceptio: ſicut nec ex pacto nudo. ff. de pactis & l. iuriſgentium. §. quinimo. & ſequenti. ff. ſi certum petatur. l. lecta.

Et idē voluit Bal. in marg. ſup Inno. ver. xiij. & habet per Spe. in ti. de arbi. in. §. viij. & vide do. Card. in cle. peruenit. de arbi. & in cle. religioſus. de procu. hîc alle. Et vide eundē Car. plenè ī cle. ij. in. xix. q. & xxj. de reſcri. vbi dicit, ꝙ de licētia Abbatis poterit nedū eſſe arbiter, ſed etiā arbitrator: & poterit eſſe etiā vicariꝰ Epi: vt ibi per eū in. xvj. q. vbi oīno. vide. De nouitio aūt creder ē, ꝙ poſsit eē: qa no uitij ante factā ꝓfeſsionē intra annū ſunt liberi: cuius gaudeāt priuilegio clericali, & dicant religioſi: vt in. c. nullus. de ele. li. vj. & p do. Car. in cle. j. eo. ti. & in cle. ij. in. xij. qō. de priui. vbi dicit, ꝙ gaudent clericali priuilegio, ēt quo ad. c. ſi qs ſuadente. xvij. q. iij. p. c. religioſo. de ſent. excō. in. vj. & ibi etiā dicit, ꝙ nō eſt monachus: vt per do. Car. in cle. j. de priui. vñ cū ſit in libertate ſua: puto ꝙ poterit eſſe & arbiter & arbitrator. de quo etiā habet in cōſi. dñi Vinc. Palleoli, qđ eſt ī. iij. parte cōſi. Alex. poſt conſi. xlvj.

e ¶ In ſeruū. Sed pō dera. l. cū pater. §. hęreditatē. ff. de lega. ij. & ī. l. ex facto. §. ſi quis. ff. ad Treb. vbi deportatus pōt eligere, ergo & ſeruus & monachus potuerūt arbitrari. And. Barba.

SEB. SAPIA.

f ¶ Fuit iuratū. Vide Bar. in. l. nemo pōt. col. iij. ff. de lega. j. vbi ponit, qñ ex ſnīa arbitrioria tur actio. vide etiā Iaſ. in. l. arbitro. in quarto intellectu. ff. q ſatiſ. cog. vbi dicit ꝙ ex ſnīa arbitri non oriť actio: quia cōſenſus priuatorū nō pōt dare iuriſdictionem. Quę ratio procedit, etiā ſnīa arbitratoris. ſecus autē eſſet, qñ fieret cōpromiſſum de licentia iudicis: vt ibi per eum.

Hoſti. autẽ aliter hîc ſentit: vt. ſ. dixi. Videtur autẽ velle, ꝙ ſufficiat nuda cõuentio, & quod plus eſt, ꝙ huiuſmodi dictũ habeat executionem paratã. Barto. in. d. §. arbitrorũ. Placet dictm Inno. reſpectu ſtipulationis. Itẽ & quando ſuper aliquo contractu arbitrator fuit aſſumptus. Et pro vltimo adijcit rationẽ. Arbitramentum implet contractum: ergo ex ipſo contractu oritur actio: vt. d. §. arbitrorũ. &. l. vlti. de cõtrahẽ. emp. &. l. ſi quis arbitratu. ff. de ver. obli. &. l. ſi libertus. ff. de ope. li. Negat autẽ, ꝙ ex iuramento competat actio: licet ſit præſtitum de iuramento obſeruãdo: qa ſecũdum eũ ex iuramento nõ oritur actio, niſi qñ eſt deciſorium litis: vt ipſe no. in. l. iuriſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiuran. Sed iuramentũ, quod apponitur in compromiſſo, venit ad cõfirmationẽ cõtractus: meritò actionẽ nõ producit. ¶ Et ex hoc infert, ꝙ ſententia arbitratoris non habet paratã executionẽ: ſed agendũ eſt ex ſtipulatione propoſita: vel ex contractu præambulo impleto per arbitramentũ: nõ autẽ debet iudex incontinẽti exequi: vt in. l. nimis properè. C. de execu. rei iudi. licet Hoſti. videat innuere cõtrariũ: vt. ſ. dixi. Do. Ant. placet dictũ Bar. de iure ciuili: ſed de iure canonico tenet Inno. vt ex tali iuramento detur actio, vel officij iudicis imploratio. Idẽ ſi nõ eſt iuramentũ: vt dixit Hoſti. negari nõ poteſt hîc nõ eſſe cõſenſum qu de iure canonico producit ius agendi: vt notĩ in. c. j. de pact. & per Hoſti. in. c. per tuas. de arbi. Fatetur tamẽ, ꝙ tale arbitramentũ nõ habet executionẽ paratã. Nec Hoſti. apertè videtur hoc velle: quia arbitramẽtũ nõ habet vim actus iudiciarij: & mihi ſatis placẽt hęc dicta. Nam iura canonica indiſtinctè mandãt iuramenta & pacta ſeruari, etiã ſi cõtractus præcedens eſſet nullus: vt in. c. debitores. ſ. e. &. c. & ſi Chriſtus. j. eo. ſ. de pact. c. j. &. iij. & plenè dixi in. c. cũ veniſſent. de inſti. &. c. j. de pact. vbi plenè dico de pacto nudo & de iuramẽto. Nec ob. ſi tu opponeres. d. c. per tuas. de arbi. vbi agitur ad intereſſe, ſi arbitriũ non fuit homologatũ: quia dico illud procedere in ſentẽtia arbitri: cuius dicto pręcisè non ſtatur: qa à iure fuit illi traditus intellectus alternatiu⁹: vt. ſ. ſtet arbitrio, vel ſoluat pœna, vel intereſſe: vbi pœna non fuit appoſita. & hoc ideò: quia cũ non ſit aduerſus illius iniquã ſentẽtiã de remedio prouiſum: voluerunt iura refrenare illius poteſtatẽ: vt ibi not. Inn. Sed in ſententia arbitratoris hoc non cauetur: quia prouiſum eſt de remedio reductionis ad arbitriũ boni viri: vt in. d. §. arbitrorũ. Ideò pręcisè poteſt cogi ad ipſius obſeruantiã: vt hîc: &. ſ. eo.
36 c. veniens. à contrario. quod eſt not. ¶ † Venio ad ſecundã quæſtionẽ, an ſcilicet ex taci-
a turnitate[a] tẽporis homologet arbitramẽtum: vt ſic nõ poſsit amplius peti reductio ad arbitriũ boni viri: vidiſti quid. ſ. tenuit Inno. dicit enim quòd nunquã homologat taciturnitate x. dierũ. Specu. in tit. de arbi. §. ſequit. verſi. ſed intra quod tempus. videtur dicere, ꝙ iſta reductio debet fieri intra decẽ dies, ſicut in appellatiõe: quia iſta eſt quædam appellatio, ſeu appellationis ſpecies. l. nõ diſtinguem⁹ §. cum quidã. ff. de arbi. & ſecundũ hoc nõ procederet dicta differentia inter arbitrũ & arbitratorem. Sed Bar. in. d. §. arbitrorũ. non placet hęc opi. quia reductio ad arbitrium boni viri petitur, aut iure actionis: aut officio iudicis aut per viam exceptionis: vt infrà ſubijciam. ſed actionibus vel exceptionibus non præſcribitur tàm modico tempore: nec officio iudicis. ad hoc. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. an. &. l. querela. C. de fal. Egeret ſecundum eum principis declaratione: ſed de rigore iuris ſecundũ ea, quæ ſcripta ſunt, dicit ꝙ ſi per annum tacet, ꝙ videt arbitramentũ approbare, per. l. q grauatos. C. de cenſi. & perequa. lib. xj. Si verò intra annum conqueſtus eſt. aut corã iudice, aut extra iudicium: ita ꝙ appareat ex taciturnitate nõ conſenſiſſe. tũc eo caſu, quo reductio petitur iure actionis, vel officio iudicis, quod loco actionis proponitur: tunc tanto tempore durat ius petendi, quãto tẽpore durat illa actio, qua petitur reductio. ſed qñ officiũ iudicis in petitione reductionis proponit loco except. durat tunc perpetuò ſicut exceptio. l. purè. §. fin. ff. de do. excep. &. l. licet. C. de exce. Si verò poterat peti reductio ex officio iudicis principaliter intentato, & non loco actionis: vt in cõtractibus ſtricti iuris: vt j. patebit: tunc debet peti intra aunũ hodiè. Quia regula eſt, ꝙ quãdocunq; officiũ iudicis datur ad reſcindendũ id, quod de iure cõi valet vtili anno finitur: vt in. l. in honorarijs. verſi. ſed cũ reſciſſa. ff. de actio. & obli. Hæc dicta non placent Frãciſ. de Are. vt refert hîc do. Ant. eũ ſequendo. Nam dictus ver. ſed cũ reſciſſa. loquit in remedio reſtitutorio & petitorio, quod ſolũ durat anno: quia reſtringibile tanquã competens extraordinario modo: ſed iſta reductionis petitio competit ex ęquitate ciuili & Iureconſultorũ: vt in. d. §. arbitrorũ. Et materia eſt fauorabilis: quia reductio eſt integratio deceptionis realis & purgatio doli. Non ob. l. qui grauatus. quia ponit caſum ſpecialem. Loquitur enim de grauamine iniuſtę adæquationis ad cognoſcẽdũ publicatas functiões: & venitur ibi contra actum factum ab habente authoritatem de publico: vnde poteſt eſſe ibi fauor publicæ vtilitatis: vt poſt annũ quis nõ audiatur allegans grauamẽ iniuſtę adęquationis: ne illi officiales diu ſint in ſuſpenſo. Ideò cum ille caſus exorbitet, nõ debet extendi ad decurtandas actiones, exceptiones, vel officium iudicis in alia materia competentia contra regularẽ naturã actionũ & exceptionum. ad hoc. l. j. §. meminiſſe. ff. de ven. inſpi. Nã ſi ſecus diceremus, eadẽ ratione poſſet dici, ꝙ poſt. x. dies non deberet audiri. argu. in. l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. ¶ Cõcludũt ergo ipſi, ꝙ durat hęc facultas petendi reductionẽ ſecundũ naturã remediorũ, quæ cõpetunt ad eam petendã: vt ſi competat officiũ iudicis expectant. xxx. anni. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. annũ. Si verò per viã exceptionis: tunc perpetuò. d. l. purè. Si petitur actione ex eo cõtractu: tũc durabit tanto tẽpore, quãto durat actio. & ſic nõ homologabit taciturnitate. x. dierũ: ſicut dicim⁹ in ſentẽtia arbitri. ¶ Sed mihi plus placet opi. Specu. vt poſt decendiũ nõ audiat. Moueor primò per l. penul. C. de arbi. quæ licet loquat in arbitro, tamẽ quia arbitrator largo modo põt dici arbiter: vt in. d. §. arbitrorũ. & quia eadẽ, & fortior ratio eſt in arbitratore, debet eſſe idẽ ius. de confir. vtil. c. cum dilecta. ꝙ ſit eadẽ, & fortior ratio, patet: quia dictũ arbitri, non reſtringebat, ſed ſolũ ex cõtradictione releuabatur: & ſolũ tenebatur ad intereſſe, ſi ſtipulatio interceſſerit: vt no. in. d. c. per tuas. Dictum verò arbitratorũ reſtringit pręcisè, niſi petat reductio non reclamando: ergo videt fortius cõſentire. Item & ſecundò ex non appellatione ius præſumit condẽnatũ cõſentire, & facto ſuo confirmare ſententiã. in. c. quod ad cõſultationẽ. de re iudica. &. l. fina. C. de ſen. quæ ſine cer. quãti. ergo à paritate rationis idẽ eſt dicendũ in condẽnato per arbitratorẽ. Fortius enim ex taciturnitate debet præſumi cõſenſus in caſu noſtro, quã in cõdẽnato per iudicẽ: qa iudiciũ à principio & ex poſtfacto eſt neceſſariũ. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi ſtichum. de verbo. obli. &. c. intelleximus. de iudic. ſed arbitramentum eſt voluntarium. vnde minus potes conqueri de eo, quẽ ipſemet ſua voluntate elegit: vt dicit text. in. c. cauſam. de re iudi. Si enim ſibi arbitramentum diſplicebat, cur tandiu tacuit, vt in ſimili dicit tex. in. c. j. de fri. & male. Item videmus, quòd ſi aliquis nominatur ad aliquod officium publicum, niſi ſtatim ſaltem intra. x. dies reclamet, poſteà non auditur: vt in. l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. Nec obſtant motiua iſtorum doctorum. Reſpondeo enim vnico verbo, procedunt enim quando quis directè vellet præſcribere contra actionem, vel iudicis officium, vel exceptionem:

ZACHARIA S.
a ¶ Ex taciturnitate Adde ad hoc Anto. corſe. ſing. fuo cclxxix. ĩ ver. taciturnitas. qđ inci. ĩoneroſis. de quo ꝙ Lanfrã. in. c. qm̃ cõtra. §. interlocutoriæ, & appellationes. nu. 65. ver. ex quibus oĩbus. & ibi ĩ apoſt. Cel. in ver. ꝙ non. vbi ad plenũ & remiſ. ad ſaturitatẽ dixi etiã in apoſtil. ad iſtũ in. c. cũdilectus. nu. 15. in ver. ad arbitrium. ſ. de arbitris.

SEB. SAPIA.
a ¶ Arbitratoris. vide Bal. ī.l.ij.ī.j. q. C. de resci. vē. & in iij. q. Bar. ī.l. Iulian⁹. ff. de cōdi. īde.

SEB. SAPIA.
b ¶ Soluitur morte. Quid aūt si aliqd relinquat arbitrio alicui⁹: an talis ptās arbitrandi trāseat ad hæredes: vide Ias. in repe. l. quo minus. char. pe. colū. ij. ff. de flumi.

c ¶ Corā iudice. limita, nisi esset redacta ī scriptis cōfessio: p id quod habet in. l. rura. C. de oīagro deser. li. xj. & ī. c. fi. de confes. ī. vj. ī gl. idem si qs eā acceptauit se cūdū Bal. ī. l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de lib. & posthu. And. Barba.

d ¶ Arbitratore. vtrū cōfessio facta coram arbitratore faciat fidē iudicio vide Bal. ī. l. vnica. in. xxij. col. de cōfes.
Anto. Francis.
¶ An cōfessio facta corā arbitro, vel arbitratore faciat fidē corā iudice vel posit reuocari: dicas, p confessio facta corā arbitro non dicitur cōfessio iudicialis: nec habet vim cōfessionis factæ in iudicio. Ita Bald. in. l. pe. in fi. C. de arb. tamē Bart. in l. j. in fi. C. de cōfes. videtur tenere contrarium: sed vide Alex. in consi. xvij. in. iij. parte consil. vbi dicit, p quando sententia arbitri, quæ esset lata virtute talis confessionis esset homologata, tūc procedit opi. Bar. aliās dicit procedere cōtrariā opinionem. & videtur esse cōtra mentē. d. Ant. in. c. fi. de cōfes. Confessio autē facta corā arbitratore valet, vt extra iudicialis sed facta corā vno ex arbitratoribus non nocet, sed Alexā. vbi 18
ŝ. & in consil. xij. b
in. j. parte cons. Et adde, p confessio iudicialis potest

ptionem: sed in casu nostro ex taciturnitate nō causatur præscriptio: sed præsumitur consensus approbatorius: sicut in simili cōtra dominum non præsumitur libertas: nisi spacio xxx. annorū. De quo dicendū, vt in. l. ij. C. de præscrip. long. tēpo. quę pro libertate. tamen si seruus alicuius ordinatur eo pręsente, & nō contradicente præsumitur cōsentire: adeò p statim perdit dominiū: vt in. c. si seruus sciente. liiij. dis. Et ad hoc possent adduci multa similia. Et hæc opi. habet magnā æquitatem, vt litium materia auferatur. l. quidam estimauerunt. ff. si cer. peta. & c. finē. de dolo & contu. Et hanc opi. videtur sentire Fede. licet nō multum firmet pedes cōsi. cclxxv. ¶ † Nunc incidenter pro declaratione præiudicatorū, quærit quo iure sententia arbitratoris[a] reducatur 17
a ad arbitrium boni viri? doct. hîc & in. c. ij. de arbi. & Specu. eo. tit. §. sequitur. versi. sed quo iure. dicunt, quòd officio iudicis. ad hoc. c. ij. de arbi. & c. exposita. e. tit. Bart. in. d. §. arbitrorum. dicit, quòd aut loquimur in contractu stricti iuris: & tunc agitur per officium iudicis: vt in. l. si libert⁹. ff. de ope. liber. & sic intelligit opinionē prædictorū. Aut sumus in contractibus bonæ fidei: & tunc aut ex eo cōtractu oritur actio ei, qui vult petere reduci: & petitur actione ex eo cōtractu: vt. d. §. arbitrorum. & in. l. si Neruæ. eo. titu. Aut ex eius parte non oritur actio. Exemplum in contractu dotis fuit cōpromissum in aliquem, vt statueret dotē alicui mulieri: qui grauando mulierē iniquè statuit: certè ex parte mulieris nō orit actio ad repetendā dotē cōstāte matrimonio. l. quoties. ff. sol. matri. tunc recurritur ad iudicis officium. argu. d. l. si libertus. Pro hoc secūdum eum, si mulier conueniretur à viro vigore illius arbitramenti, mulier posset excipere de eius iniquitate: & sic per officium iudicis mercenarium de eius iniquitate cognosceretur: sed vbi competit exceptio etiam si non conueniatur, potest iudicis officio super illa agi: ne ab aduersario inquietetur. l. si contendat. ff. de fideiusso. &. l. Aurelius. §. centum. & quod ibi not. ff. de libe. leg. Fran. de aret. vt refert domi. Ant. non placet illud dictum Bar. vt in bonæfidei iudicijs agatur actione ex eo contractu: quia illa actio nō extenditur ad incogitata non cōprehensa in cōtractu: quia ibi non est obligatio, quæ contrahit ex cōsensu: ergo nec actio cum obligatio sit mater actionis. §. ea obligatio. ff. de procurato. Quare dicit agendum officio iudicis mercenario deseruienti actioni. argu. l. ij. C. de actio. emp. dom. Anto. dicit tenendum, quod not. in. l. ij. C. de rescinden. vendit. & sic sentit quòd agatur in bonæfidei contractibus actione ex eo contractu: sicut tenuit Bartol. in. l. ij. not. gl. & Bartol. quòd ad rescindendam venditionem agitur actione ex eo contractu: quod satis mihi placet, per. l. ex empto. §. si quis virginem. ff. de actio. emp. tene ergo opinio. Barto. in hoc tamen non esset maxima vis tenendo, quòd ex taciturnitate. x. dierum homologaretur arbitramentū. ¶ † Nona differentia: quia cōpro
b missum factū in arbitrum soluitur morte[b] alterius compromittētium. de arbi. c. fi. &. l. diē proferre. §. j. ff. eo. vnde non transit in hęredes, nisi specialiter de eis in cōpromisso caueatur: secus in arbitramēto: quia illud est pactū, seu transactio, quæ trāseunt in hæredes. l. si pactū. ff. de proba. Hoc tenet Hosti. & cōiter doct. in d. c. fi. Spe. in ti. de arbi. §. finitur. ver. sed nunqd arbitratus. tenet etiā Frā. de Aret. in. d. l. si quis arbitratu. ff. de ver. oblig. etiā si super contractu ineūdo fuerit cōpromissum: quia spes conditionalis obligationis transmittitur ad hæredes. insti. de verb. obli. §. ex conditionali. nisi fit talis, quæ persone cohæreat. l. centesimis. ff. de ver. ob. Nec videtur quare contractus debeat e
diffolui: cūsit p erfectus ex parte vtriusque cōtrahentiū. l. potior. ff. qui po. in pig. ha. Barto. in. d. l. si quis arbitratu. distinguit: p aut arbitrator fuit assumptus super contractu non p fecto: & idē in eo, qđ in arbitro. per. d. l. diē proferre. Aut super contractu perfecto, vt super aliquo accessorio. Pone exēplum in. §. pretiū. f
insti. de contrahen. emp. & tunc transit in hæredes. l. fundi. ff. de acquir. poss. Mihi plus placet indistinctè præcedens opinio, per. d. §. ex cōditionali. Et quia regulariter omnis cōtractus est transmissibilis in hæredē. l. veteris. C. de cōtrahen. & commit. sti. & in tit. vt actio ab hære. & contra hære. per totum. Quid si alter ex cōpromittētibus banniatur? vide Bar. in. d. l. si
19 quis arbitratu. ¶ † Decima differentia: quia atteſtationes & confessio facta & recepta coram arbitro, faciunt fidem posteà coram iudi
c ce: [e] secus in habitis coram arbitratore: [d] quia
d coram illo non est iudicium, nec quasi. In hoc tamen sunt opi. & dic, vt plenius dixi in. c. pręsentata. ŝ. de testi. &. c. fi. de cōfes. & per Io. an. in addi. Specu. in titu. de confes. §. nunc videndum. versi. quid de confessione.
20 ¶ † Vndecima differentia colligitur ex no. per Io. And. in dicto versi. qd de cōfessione. vbi videt velle, p confessio facta coram arbitro potest reuo
e cari[e] post sententiā ante, quā arbitrium sit homologatū: quta ante homologationē non potest dici finitū negotium: cū non competat ex eo actio, vel exceptio. d. l. pe. C. de arbit. Et sic debet posse reuocari vt in. c. fi. de cōfes. sed cōfessio facta corā arbitratore indistinctè non reuocatur laudo secuto si est validū: quia negotium videt per transactionē: vt not. in aut. vt diffe. iudi. in prin. &. ŝ. dixi. ¶ Duodecima
21 differentia: † quia lit. contesta. corā arbitro interrumpit præscriptionē. l. pe. in fi. C. de arbi. secus in arbitratore: quia corā eo non est iudicium: nec quasi. & sic non potest esse lit. cōte. de quo per Io. And. in addi. Spe. in titu. de litis contest. §. effectus. in prin. vbi plenius de hoc.
22 & facit quod dixi in dic. præsentata. ¶ † Tertiadecima differentia: quia arbiter non potest procedere diebus feriatis: vt. ŝ. dixi. De quo dicendum: vt in. d. l. si de meis. §. vlti. &. l. si feriatis. ff. de arbi. sed arbitrator[f] sic: vt not. Bar. in
f locis prælleg. quia arbitramentū est quædā transactio, & ad concordiā & ad pacem reductio: quod cum concernat pietatem, potest explicari diebus feriatis: vt in. c. iij. de ferijs. Ego aliter dicerem: quòd aut quæritur nunquid gesta coram arbitratore die feriato, teneant: & dico, p sic: quia cum corā eo nō sit indiciū, cessat dispositio. c. j. de ferijs. facit quod notatur in cle. vnica. de offi. delega. Aut quæritur: reuocari etiā post præceptū de soluendo factum cōfesso, iuxta materiā. l. si debitori. ff. de iud. vt p Bal. ī. l. nō fatet. de cōfes. Cui⁹ cōtrariū ipe dicit ī. l. error. ī. v. col. in versic. & ex hoc apparet. C. de iur. & fac. igno. & istud credoverius.
e ¶ Reuocari. vtrū cōfessio facta corā arbitro vel arbitratore possit reuocari. Et de hoc vide p Bar. ī. l. nō fatet. circa fin. ff. de confessis.
¶ Arbitrator. Arbitrator potest p cedere diebus feratis in honorem Dei. & idem Bal. in. l. fi. C. de fer. & Bal. in. l. si vt proponis. j. circa prī. versi. sed nunquid arbitrator. C. qūo & quando iudex. vbi dicit, quòd arbitrator potest p nūtiare die dñica: ideo dicit: p ideo tunc poterit æstimare pretiū rei. & executores eo die poterunt elige re pauperes, ī quo fiat distributio. Et p posit proce dere dieb⁹ feriatis arbitrator est tex. in. l. oēs dies. in fi. C. de te fer. & in. l. si feriatis. ff. de ar. & vide Bal. in. c. j. de fer.
Anto. Francis.
¶ Quòd arbitrator nō teneat ser uare ferias: & p posit die dñica arbitramētari, vltra hîc alle. vide Bal. in. l. fi. in. ij. qō. in versi. & hoc apparet. C. de act. emp. & vide per Lanf. Oria. in tra. de arbi. in. vij. parte. in vj. q. & vide Bald. & Cyn. in. l. si de meis. in. §. ex compromisso. & etiā per Bart. in. j. oppo. ff. de arbit. & per Spec. in ti. de arbi. in. §. excipitur. in ver. itēpro nuntiatur.

a SEB. SAPIA. ¶ Coram arbitro. An coram arbitro ſit locus perem ptioni inſtantiæ. Vide Feli.in.c.venerabilis.col.pe.ver.coram arbitro.ſ.de iudi.& ibi quid coram arbitratore.

b SEB. SAPIA. ¶ Arbiter. Vide Ro.in cõſi.lv.inci.ſi volumns dicecere. Ale.in cõſi.in.cxxiiij.incip.in cã & lite.in.ij.vol.& in cõſi.cxix. inci. titulus. eo. vol. & Ro.in cõſ. ccciij. inci. de deciſione. &.d.Ant.de Butr. in conſil.inci.viſis actis, & allegationibus cõtrarijs. & Ro.in cõſi.cxv. in ci.viſo cõpromiſ. ſo. in prio dubio.

c ¶ Extẽdere. vtrũ arbiter, vel arbitrator poſsit extẽdere manus ſuas extra cõpromiſſum, pnuntiando ſup nõ petitis: vide de hoc.d.Anto. in. c. cõſtitutus.in fi.de reli.do.& in.c.niſi eſſent. de præbẽ. & Bald.in.l.fi.§.ſi quis.verſic.poteſt arbiter. C. cõia de le. Et de hoc vide p Inn.in.c. ex parte.circa prin.de arbit.vbi dicit, ꝙ arbiter poteſt iudicare ſup cõtiguis a cõpromiſſo. Et ideo dicit, ꝙ poterit pnũtiare ſuper expẽſis & ſup fructibus: & pfigere terminũ ſolutiõi: licet hoc nõ ſit deductũ ĩ cõpromiſſo. Pro quo ego lalle.tex.in.l.quid tamen.§. ſolutioni. ff.de arbi. Item ad hoc, ꝙ arbiter poſſit ex cõpromiſſo extendere manus ſuas. vide plenè p 23 do. Anto.& Abb. Panor. poſt gloſ. in.c.cũ dilectus.in iij.col.de arbit. & vide ad hoc elegans verbũ, quod ponit.d. Anto. in c.cauſam.in pe. colum.de re iudi.vbi Bald.etiã dicit, ꝙ ſi delegatus excedit formam mandati, valet quod facit: dũ tamen ſit de coniunctis formę. Et facit quod not. d.Anto.in repe. c. veſtra. in. liij. col. de coha.clerico.& mut. dicit text. & ibi Bar.in.l.ſicut tibi.C. de iudi. vide d.Ant.in.c. cõſtitutus. in pe. colũ. verſ.not.ꝙ delegatus. de ap. per illũ tex. Et facit quod in ſimili de dicto teſtis no.Inn.in.c. paſtoralis. de ex-

nũquid debeat arbitrator, vel poſsit ſine peccato procedere:& dico, ꝙ aut ſperatur pax, aut aliquis actus pius:& poteſt:vt in. d. cap.j. Aut ſolum ſperat adimplementũ alicuius cõ tractus:& tũc puto ſecus: quia talibus diebus non debent homines intendere negotiationi & mercãtijs:vt in.c.j.præalle.facit optimè. c. qualitas.de pœ.diſt.v. Quid autẽ, ſi Titius habet arbitrari quantũ fuit expenſum in tali domo:vel collectũ ex tali agro: dicemus ne licere hui uſmodi intendere? certè non:cũ homines debeant tunc intendere diuinis.ar.c. licet. eo.ti.cum ſimilibus. Vide ad materiam quod no.Spe.in ti.de arbi.§.ſequitur, verſi.ſed nunquid arbitrator, ſeu amicabilis compoſitor.& ſequenti.vbi dicit arbitratorẽ poſſe procedere talibus diebus:ſed non poſſe cõpelli, etiã ſi partes paciſcantur:quia tale pactũ modo prædicto non præiudicat arbitratori: ſed ego intelligo cũ limitatione prædictorũ. ¶ Quatadecima differẽtia: quia corã arbitratore nõ eſt locus perẽptioni inſtãtiæ per lapſum trien nij:quia coram eo vt.ſ. dixi, nõ eſt iudicium, vel quaſi:& ſic ceſſat diſpoſitio.l. properãdũ. C.de iudi.ſed corã arbitro[a] multi tenuerunt ꝙ ſic. Alij aliter:cum nõ habeat iuriſdictionẽ. de quo vide per Spe.in ti.de arbi.§.differt.ver ſi.j. Idem per Bar.in.l.ſi de meis.§.fi.ff.e.per Io. An.in addi.Spe.in loco præalle. & per Cyn.in d.l. properandũ. Cy. & Io.An.multis recitatis videtur reſidere, quòd corã arbitro nõ ſit inſtantia. Mihi tamen de iure ciuili multum placet contraria opinio:quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arbit. Et coram eo eſt quaſi iudiciũ.d.l. ſi de meis.§. recepiſſe.facit.l.oẽs. C.de ferijs.& per conſequens debet habere locũ diſpoſitio.l.properandum. Sed de iure canonico vide quod dixi in.c. pe. de iudi. ¶ †Quintadecima differẽtia: quia arbiter ex quo ſemel ſuper toto pronũtiauit ſeruando formã cõpromiſſi, ſiue bene, ſine malè, functus eſt officio ſuo: vnde nõ poteſt amplius mutare ſententiã ſuã:vt legitur & no.in.l. dicere.in fi.cũ ſeq.ff.de arb.&.ſ.tetigi. In arbitratore verò ſunt opiniones. Dicũt enim quidã, ꝙ cum corã eo nõ ſit iudiciũ: vt.ſ.dixi: nõ habet locũ.c.in literis.de offi.dele. Hanc materiã aſſumit plenè Cyn.poſt Pet.in l.fi.C.de contrahen.emp.facit etiã ad materiã.c.ſi cõpromiſſarius.de elect.li.vj.& quod leg.& not.in.c. cauſam quæ,&.c.noſti.de elec.&.c.ſi quis presbyterorũ.de re.eccl.nõ ali. Cy.in.d.l.fi.poſt Pet. ſic in effectu cõcludit, ꝙ aut arbitrium, ſeu electio cõpetit mihi iure mero: & poſſum, licet malè ſemel egerim, ſeu arbitratus fuerim, iterum arbitrari. Ad hoc.l.hæc cõditio. ff. de cõdi.& demonſtr. vbi dicitur, ꝙ ſi teſtator legauit mihi centum, ſi nupſero. ſi nupſi inutiliter, poſſum iterum contrahere & legatum conſequi. Aut cõpetit mihi ſuper iure alieno: & tũc ſi non ſtruauit formã, poſſum iterũ arbitrari. d.l.quid tamẽ.de arbitris. Si verò ſeruaui formam, nõ poſſum amplius me intromittere: qa ſiue bene, ſiue malè, functus ſum officio: meo vt in.d.ſi compromiſſarius. Ad iſtum tex.dic, vt.ſ.dixi.& ſic videtur, quòd non ſit differentia in hoc inter arbitrum & arbitratorem. Quid autem, ſi fuit dictum in cõpromiſſo: vt poſſet pluries 24 pronuntiare? dic, vt not.Bar.in dicta.l.quid tamen. ¶ †Sextadecima differentia: quia arbiter non cogitur laudare, licet ſuſceperit compromiſſum: niſi ibi ſit pœna, vel pignora: ſed arbitrator ſic: ſi compromiſſum recepit. Sic refert domi. Anto. hîc modernos tenere in.l.ſi.C.de contrahen.emp.contra gl.ſi.illius leg. Dicit etiã hoc tenere Spe.& Ioan. And.in tit.de arbi.§.ſequitur.ver.ſed nunquid arbitrator. Sed certè Io.an.nõ ſic loquit. nec Cy.in.d.l.ſi.dũ reprehendit illam gl. Dicit enim ibi gl.tam in arbitro, quã in arbitratore, ꝙ non coguntur pronuntiare niſi pœna vel pignora de ſtando ſentẽtiæ interuenerint. Cy. verò dicit, quòd gl.neſcit quid dicat: quia in vtroq; ſatis eſt diſtinguere, an acceptauerint:& compelluntur: aliâs ſecus. Et idem Io. And.in loco prealleg. quaſi dicat ꝙ vterq; compellitur, ex quo acceptauit, licẽt pœna non interuenerit:& bene loquitur. Satis enim eſt, ꝙ interuenerit ſtipulatio de iure ciuili: vel quòd arbitrator fuerit aſſumptus ſuper aliquo cõtractu:vt.ſ.dixi:vel, ꝙ de iure canonico fuerit ſimpliciter cõpromiſſum de ſtando ſententię. Nam tunc ſententia non põt eſſe fruſtratoria: quia agitur ad intereſſe reſpectu arbitri:& reſpectu arbitrorum põt agi ad ipſius executionẽ: vt patet ex prędictis. Nec ob. l.non diſtinguemus.§.j. vbi dicit, quòd niſi pœna ſit adiecta in cõpromiſſo, non compellitur arbiter pronuntiare: quia debet intelligi, quando nudo verbo fuit compromiſſum. Nam tunc ſrntẽtia poſſet eſſe fruſtratoria de iure ciuili: quia ex nudo pacto non agit: ſecus autẽ ſi fuiſſet cõpromiſſum,& per ſtipulationem fuiſſet pro miſſum de ſtando ſententiæ. Nam tunc arbiter cõpellitur: vt in.l. diem proferre.in fi.ff.de arbi. Et ſic intelligit ibi Bar. ¶ Quid aũt in hoc ſentiãt Io.An.& Canoniſtæ: dic, vt no.per gl.& doct.in.c. per tuas.de arbi.quod hîc non examino: quia non eſt materia noſtra. Nam hîc ſolũ intendo tractare materiã arbitratorũ,& nõ arbitrorũ. Concludo ergo, ꝙ in hoc ſit differẽtia inter arbitrum & arbitratorẽ: ſed ſolũ debemus diſtinguere, an acceptauerit arbitra 25 tor, vel non.& hoc no. ¶ †Decimaſeptima differentia: quia arbiter non põt ſentẽtiã ferre in eccleſia, ſicut nec iudex:& lata nõ teneret.de immu.eccle.c.decet.lib.vij. ſecus in arbitratore.l.fi.C. de fer. ita tenet hîc Io. And. ſecundũ Fran.de Are. Aduerte tamen ad hoc dictum. Primò no. ꝙ voluit extendere.c.decet.ad arbitros. illud tamen cap. loquitur ſolũ de iudice. Sed placet mihi, vt habeat locum in arbitro: quia arbiter largo modo dicitur iudex. ij.q.vj.c. à iudicibus. iuncto.c.ſequen.&.l.j.ff.de arbi.& cũ illud capi. venerit ad peccatum impediendum, nõ debet fieri ſtricta, ſed larga interpretatio:vt not.Io.And.in.c.ex tenore.qui fil.ſint legi. & in.c. ij.de diuor.& facit gl.not.in.c.ſciant cuncti.de elect.lib.vj.& in.c. fi.eo.tit.& lib. De quo tamen dubitari poſſet circa nullitatẽ proceſſus: per id quod not.ibi gl.in.d.c.decet. De dicto arbitratorũ, ſeu proceſſu, indiſtinctè teneo, ꝙ valet: quia eſt quidã contractus: vt.ſ.dictum eſt.contractus autẽ initus in eccleſia, nõ irritatur, per illum tex.vt ibi dicit gl.no. An autem peccet arbitrator ibi procedendo: diſtinguerem, vt.ſ.dixi in eadem.q.an ſit ſibi licitũ proce- 26 dere die feriata.& dic, vt.ſ. in.xiij.differẽtia dixi. ¶ †Decimaocta b ua differentia: arbiter[b] non poteſt extendere[c] manus ad res extra c compromiſſum: vt in.c.cũ dilectus.de arbi.& in.l. non diſtinguemus.§.fi.ff.eo.ſed arbitrator ſic: vt not.Spe.in tit.de arbi §.excipit. ver.ſed pone.& facit quod ipſe not.eo.tit.§.j.ver.arbitrator verò. Ratio ſecundũ eum: quia dictum arbitratoris tenet: ſiue ſit æquũ, ſiue iniquum: ſed per iudicem reducitur ad æquitatem: vt.d.§.arbitrorũ. Ideò dicit, ꝙ ſi corã arbitratore agebamus de certa re, poterit arbitrator illam vni adiudicare, recepta quãtitate pecuniæ ab alia parte. Et pro hoc dicto videtur tex.in.c.niſi.de præben.& ſentiunt doct.in.c.conſtitutus.de reli.do.vbi tex.ſecundũ vnũ intellectum. ¶ Aduerte: nam exẽplum Specu. procedit de iure: ſed dictũ ſuũ eſt nimis largum: vt poſsit extendere manus ad aliena: de quibus non fuit cogitatum in compromiſſo. vnde in contrarium facit.l.aquiliana.ff.de tranſactio. maximè iuncta.l.vnde ſi Neruæ.ff. pro ſocio.&.l.cum aquiliana.ff.de tranſactio. Ideò notanter dicit Bar.in.l.cum aquiliana.ff.de tranſact. quòd ſi coram arbitratore eſt contentio de vno fundo: licet compromiſſum ſit generale: nõ

tamen

cep. Bal. in l. perẽ ptorias. cir. fi. ver. quęro actor. C. ſen tẽ. reſcin. nõ poſ. facit quod in ſimi li dicimus de pcu ratore, q̃ põt face re vicina mãdato. vt. l. iam tamen. §. pen. ff. in. ſol. &. c. poſt trãslationẽ. de renun. & no. glo. j. in. c. licet ergo. viĩ. q. j. Et vide qd' ſin. ſcribit do. Anto. in. c. nõnulli. §. j. in. col. ver. not. q̃ mãdatũ. de reſcri. Item ad hæc facit, quod ſcribit Bart. in. l. alio hærede. in iij. col. verſ. quæro vtrum executores ff. de ali. & cib. leg. Et ad id qd' dicit d. Anto. hîc: vide Angel. in repe. l. ſi vacãtia. in. x. char. C. de bo. vacã. li. x. Itẽ pro hoc facit: quia licet iuramen tũ ſit ſtricti iuris: vt in. c. pe. j. eo. tĩ extẽditur ad cõſe cutiua eius, ſuper quo iuratur. text eſt in. l. ſi duo. C. ſi quis iurauerit. de iureiuran.

Anto. Franciſ.

¶ An arbitrator poſsit pronũtiare ſup non petitis, & extẽdere manum ad ea, q̃ nõ cõtinẽ tur in cõpromiſ ſo. vltra hîc alle. vi de Alex. poſt Bar. & Ang. in. l. cum aqliana. ff. de trãſ. vbi etiã per Paul. de caſt. vbi dicũt, quòd arbitrator electus ſuper cer to fundo, põt pro nunciare ẽt ſuper ptio: vt vnus det al teri fundũ, vel pre tium: ſed non põt extendere manũ ad aliã rẽ. De quo vide p Alex. ĩ cõſ. cxliiĩ. in. iĩ. parte cõſi. & vide etiã p Bal. in addi. Spec. in tit. de arbi. ĩ ver. an poſsit. & eũdẽ Bal. in. l. fi. §. ſed ſi quis. in. iĩ. colũ. C. cõia dele. vbi etiã dicit, q̃ arbitrator in ſentẽtia põt ap ponere quã cõdi tionẽ vult, ſi ęqui tas ſuadeat. & vi de etiã Spe. & Bal. in addi. in titu. de arbi. ĩ. char. in ver. ſed arbitrator vult & vide Ro. in ſin.

tamen poteſt arbitrator condemnare alteram partẽ: vt recipiat illũ fundũ, & det aliã rem, de qua non fuit cogitatũ. Secus autẽ ſi vult cõdẽnare in pecunia: quia pecunia nõ dicit alia res, cum omnis res p eã æſtimetur. l. j. ff. de cõtrahen. emp. Nam & iudex aditus ſup actione cõi diuidundo, hoc facit: vt inſti. de offi. iudi. §. pe nultimo. & l. ad officiũ. C. cõi diuidũ. Per hoc dico, q̃ idem poterit arbiter, ſicut iudex: vnde concludẽ: q̃ in hoc nulla ſit differentia inter arbitrũ & arbitratorẽ: ita q̃ nemo eorũ pote poterit manus extẽdere ad ea, quæ aliena pror ſus & incogitata. Et ſic non ob. ca. niſi. & not. per doct. in dic. c. cõſtitutus. quia illa non ſunt aliena prſus à principaliter petito: cũ in pecunia fuerit facta cõdẽnatio: quod etiam hîc ſen
27 tit do. Anto. licet non ita clarè. ¶ † Decima nona differẽtia: excõicatus non poteſt eſſe ar biter, ſicut nec iudex: de re iudic. c. ad probandum. Intellige de notoriè excõicatio, vt ita af firmat Specu. in tit. de arbi. §. differt. verſi. item ſecundũ eũ. & idẽ Arch. ij. q. vj. c. à iudicib⁹. ſu per. j. gl. & ita refert Spec. in curia fuiſſe determinatũ de mandato Papæ. In arbitratore ſunt opiniones. Bar. ſentit, q̃ poſsit: quia excõica tus æquiparat deportato. Deportat⁹ autẽ non perdit ea, quę depẽdẽt ex cõſenſu: & ſunt de iu re gentiũ. Hoc ſentit in. l. cũ pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij. & in. l. ex facto. §. ſi qs rogat⁹. ff. ad Trebe. Hãc. q. plenè diſputat Ioã. And. in regula, dolo. de reg. iuris. li. vj. in mercu. Et tandem cõcludit in cõtrariã ſentẽtiã, dicẽs q̃ ſi eſt notoriè excõicatus, non cadit in eo arbitramẽ tum qd̃ fit per modũ laudi, vel ſentẽtiæ. Allegat quod de cõpromiſſarijs datis ad eligendũ, legitur & no. in. c. in cauſis. de ele. & quod no. Archi. ij. q. vj. c. à iudicibus. ſuper. j. gl. vbi dicit, q̃ illa verba arbitratu Titij &c. ſicut non cadunt in ſeruũ. l. illa. ff. de ver. ſigni. ita nec in excõicatum, qui eſt ſeruus peccati: & extra cõ municationẽ eccleſiæ. facit. c. pia. de exce. li. vj. cũ ſimi. Quis aũt dicat excõicatus notoriè, ha bes gl. no. in cle. j. de ſepul. & dic, vt ibi. ¶ Si verò excõicatus fuit ſimplex mediator & proxe neta: ita q̃ contractus firmat ex partiũ cõuen tione, & nõ ex pronuntiatione excõicati: tunc actus tenet. Vnde tãdẽ videt cõcludere q̃ nec in lite, nec ſuper cõtractu põt excõicatus noto riè eſſe arbiter vel arbitrator: & ſic cõtra fiat non valet arbitriũ, ſeu arbitramentnm. Hanc eandem ſententiã ſentit Specu. in loco prędalleg. qui licet nõ dixerit ſpecificè de arbitratore, tamẽ hoc ſatis ſenſit ex ratione ſua: dum di xit: q̃ excõicatus non põt cõtrahere, per. c. cũ excõicato. vj. q. iij. Et videt hoc per hãc ratio nem velle Hoſ. in. c. veritatis. de dolo & cõtu. vbi firmauit cõtractũ initiũ cũ excõicato eſſe nullum. Et ſecundũ hoc dictũ procederet qd̃ prædixi ſine ſcrupulo: ſed tenẽdo opi. contra riam. ſ. q̃ contractus initus per excõicatũ valeat, quã tenuit Inno. & multi alij: vt plenè di xi in. d. c. veritatis. eſt maius dubium. & tenet hîc do. Anto. opi. Bar. contra Io. An. quia negari non põt ſecundũ eum, quin arbitramentum expediatur per viam contractus: ſed con tractus initus per excõicatum tenet ſecundũ opi. quã. ſ. tetigi: fatetur tamen, q̃ durante ex cõicatione non poteſt arbitrator exercere ar bitrium inuitis partibus: quia non tenetur ſibi cõicare. hæc. q. videtur mihi ſatis dubia: ſed potius tenerem cũ Ioã. And. alle. bo. tex. in ca pi. poſt ceſsionẽ. de proba. vbi patet, q̃ excõicatus nõ poteſt eſſe procurator: ita q̃ hoc ofcium non cadit in eum: vt ibi no. probatur: licet pro facto ſuo poſsit eſſe in iudicio: vt in. c. intelleximus. de iudi. fortius nec officium arbitratoris aſſumere: cum hoc caſu habeat arbitrari tanquã bonus vir. ſed non põt dici vir bonus, ex quo perſeuerat in excõicatione: cũ ex hoc reddatur ſuſpectus de hæreſi: vt. c. fi. de pœ. Infans autẽ poteſt eſſe procurator. inſtit. de excep. in fi. vnde licet per ſe poſsit excõica tus validè contrahere, ſecundũ illã opi. nõ tamen aſſumere hoc officium ciuile inter alios. argu. in. d. c. poſt ceſsionẽ. & c. pia. de excep. li. vj. & ſecundũ hoc non erit differentia hoc ca
28 ſu inter arbitrum & arbitratorẽ. ¶ † Vigeſima differentia eſt: arbiter debet vnicuiq; par tiũ reddere, quod ſuum eſt: nec debet tollere de iure vnius, vt det alteri. Ideò dicit lex arbi trum aſſumere partes iudicis. l. ſi de meis. §. re cepiſſe. ff. de arbi. Fatendũ eſt tamen, q̃ ſi malè iudicat, ſtatur ſententiæ: & imputat ſibi, qui talem elegit: vt dicit text. in. l. diem proferre.
a §. ſtari. ff. de arbi. Arbitrator[a] verò poteſt de iure vnius alteri dare pro bono concordię: ita notabiliter dicit gloſſ. in. l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. & l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. hîc Inno. Ego ad hoc adduco tex. notabi lem & apertum maximè iuncta gloſſ. in. c. ni ſi. de præben. Nam ibi impoſsibile erat de iure, quòd vnus haberet titulũ in beneficio. & alteri deberetur penſio. & tamen pro bono pa cis ex poteſtate arbitraria fuit illud toleratũ: quod intelligit Bar. in. d. c. §. recepiſſe. quando modicè lædit: aliâs reduceretur ad arbitrium boni viri: vt. d. §. arbitror ũ. & p hoc puto, ma lè dixiſſe Bal. ĩ vſi. feu. ĩ ti. de leg. Cõra. ij. vbi inter cætera q̃ ſi arbitrator ex certa ſciẽtia de alieno largit, nõ valet: quia non eſt ei permiſ ſum dare de alieno. ff. quod vi aut clam. l. pro hibere. §. planè. imò ſecundũ eũ eſt ſpecies fur ti quando q̃ de alieno largiri. Hoc dictum eſt falſum, ex quo facit pro bono pacis & cõcor diæ: & videtur ad hoc habere mandatũ, dum modo enormiter non lædat: vt. s̃. dixi. Si autẽ vis ſaluare Bald. intellige, quãdo facit ſine cau ſa, vel quãdo in non modico lędit. ¶ Sed dices quæ eſt diuerſitatis ratio inter arbitrum & ar bitratorem? Reſpondeo: arbiter eligitur loco iudicis: & ideò debet per tramitem & ſemitam iuris procedere, tribuendo vnicuiq; quod ſuum eſt: vt in iuribus prælleg. &. s̃. in procę. Gregoriano. in ver. ideò lex proditur. Arbitrator verò eligitur, vt amicabilis compoſitor & tranſigens inter partes: vt in aut. ſi verò contigerit. C. de iudi. Ex natura verò cõ poſitionis & tr ãſactionis eſt, vt poſsit pro bo no pacis de iure vnius dare alteri ſine magna alterius læſione. Satis enim lucratur, qui à lite recedit. l. Lucius. & quod ibi not. ff. ad Treb. ¶ Vigeſimaprima differentia ſecundũ Innoc. hîc. dictum arbitratoris non mutatur vbi mo dicè & non grauiter lædit: alleg. ff. de ope. lib. l. ſi libertus. Tu potes allegare, quæ in præce denti differẽtia dixi. Dictum verò arbitri nõ mutatur, etiam ſi grauiter lædit: imò ſi pœna promiſſa ſit, agitur ad pœnam. C. de arbi. l. j.

gu. in ver. arbitra. tor. in ver. an arbi trator.

SEB. SAPIA.

a ¶ Arbitrator. vide Bald. in. l. fi. §. j. C. cõia deleg. vbi di cit, q̃ arbitrator põt in laudo decla rare, q̃ actor ven dat oẽ ius, quod habet in re, de qua fuit factũ cõpro miſſum: refert do mi. Laſ. in. l. ſi ſup poſſeſsione. C. de tranſactio.

a ✠ SEB. SAPIA. ¶ Superior. Nunquid ſententia arbitri poſſet reſcindi per officium iudicis. vide Fulgo. Bal. Alex. & Inno. in l. arbitro. ff. qui ſatisda. cogan. circa ſecundum intellectum.

b ¶ Metu pœnæ. Adde huc Ange. in l. ampliorem. §. fin. C. de appellatio. vbi dicit, quòd pars non pōt renunciare reductioni ad arbitrium boni viri: quia daret materiam delinquendi. Item qñ partes renuntiāt reductioni ad arbitriū boni viri: video. q. quā ponit Bar. in. Iul. in. v. colū. ff. de cō di. inde.

Ant. Francis.

¶ An renunciari poſsit reductioni ad arbitrium boni viri: puto opi. apoſtillantis eſſe verā: ne videatur præſtari materia delictis. Imò poteſt peti reductio, non obſtante tali rennutiatione: & maximè, qñ dolus interueniſ. ſet in ſententia arbitri, vel arbitratoris. De quo vide Bal. in. l. iubemus. in fin. princi. C. ad Treb. & in. l. fi. in vlt. q. C. de contra hen. emp. & vide Paul. de Ca. in cō ſil. lxxvij. inci. primò, & ante omnia. & in conſil. lxxv. incip. quia fruſtra. vbi etiam ponit, ꝙ talis reductio non tollitur etiam per renuntiationē iuratam, ſi lęſio ſit magna. de quo per Bart. in. l. ſocietatem. in §. arbitrorū. in vlt. col. ff. pro ſocio. & in. l. Titia. in. §. Imperator. de leg. ij. & in. l. fi. ff. qui ſatiſ. cog. & ꝑ Spec. & Io. An. in tit. de arbi. in. §. fi. in verſi. itē ſi cōpromiſ ſum. & per Ange. in ſuo cōſi. incip. Ludouicus. & per Ro. in ru. de arbi. in verſi. ſed redeū do. in penul. char. & per Io. Cal. in ſuo cōſi. inci. duo litigātes. in quibus locis plenè habetur de materia.

c ¶ Renūtiare. Dic, ꝙ recta ratio eſt: quia iudicium redditur in inuitum. l. inter ſtipulantē. §. j. de ver. obli. iō ſuccurritur illi ꝑ appellationē: ſed in arbitrum nemo compellitur compromittere: ergo ſi compromittit, imputet ſibi, ex quo voluntariè compromiſit. Ideo dicimus, quòd ſi conuictus ex ſtatuto compromiſit, poteſt appellare: vt. l. fina. & ibi Bartol. C. de iudicijs. cum ſimilibus. Andræ. Barbatia.

ZACHARIAS. ¶ Adde tu, dum quærit. d. Barb. poſt iſtum, an renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri iuramento valideť: & conclude, vt per Paul. de Ca. cōſi. lxxiiij. incipi. quia fruſtrà. Ang. conſi. cccij. incip. ius petendi reductionem. Bald. cō ſil. cccxxxj. incip. præmitto. volu. ij. & Oldr. conſil. clvj. ici. primū, de quo quæritur. ꝙ non: imò nulla verborū cautela, aut iuſiurandi poteſtate tolli poteſt. De quo tu dic, vt per Lanf. de oria. in. c. qm̄ contra. §. interlocutoriæ & appel. verſic. ex q. bus omnibus. nu. lxv. & ibi latiſsimè apoſt, ma. in ver. quod no. ſ. de probatio.

✠ SEB. APIA. d ¶ Renuntiatio. vide Fede. de Señ. in cōſi. cxxv. & Roma. in conſi. xc. & Bal. in conſil. cccxxix. in. ij. parte. vbi refert quatuor opi. Bal. in. l. iubemus. in fi. prin. C. ad Trebel. in. l. j. C. de his quę pœnæ nomine. & in l. cum anteà. C. de arbi.

Et ſi nō fuit promiſſa, ſed tantū ſtipulatio interceſsit: agitur ad intereſſe. ff. de arbi. l. diem proferre. §. fi. & duabus. ll. ſeq. & l. ita demum. Not. quod dicit de ſtipulatione, pro his quæ ſ. dixi. & not. in. c. per tuas. de arbit. Si autem ſimpliciter compromiſſum ſit, & ſententia ꝑ Partes expreſsè homologata fuerit, & intra. x. dies nulla pars contradixit: oritur ex ſentētia actio, & exceptio. l. penulti. C. de arbit. & agitur tunc condictiōe ex illa leg. ſecūdū Inno. & not. qa ſentit, quòd arbitrium pœnale nō homologatur taciturnitate. x. dierum. de quo in dicta. l. penul. & in. c. per tuas. præallega. Vult ergo in effectu Innocē. quòd dictum arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri, etiam prætextu læſionis enormis: ſed dictum arbitratoris ſic, ex quo enormiter lędit. Primū ꝓbatur in. d. §. ſtari. ſecundum præalleg. §. arbitrorū. ¶ † Et circa primū vide Hoſti. in. c. ij. de arbi. qui dixit, ꝙ ſi arbitriū cōtinet manifeſtā iniquitatem, poterit ſuperior[a] ex ſuo officio illud retractare. argu. illius. c. quod eſt notabile dictum, limitās ſingulariter illū. §. ſtari. Sed ego allego ad hoc ordinariā glo. mēti tenē dā. ij. q. vj. à iudicibus. & idem ibi Archid. Et de hoc ego remitto ad plenius nota. in. d. c. ij. quia hîc, vt dixi, non intendo tractare materiā arbitrorū: cū ibi ſit ſpecialis titul⁹. ¶ † Sed venio ad ſecundū dictū ſcilicet reſpectu arbitratorum: & quæro de ratione iſtius diuerſitatis: quare ſentētia arbitri non reducit ad arbitriū boni viri, ſaltem ad petitionē partis: & dictū arbitratoris ſic. Bar. in. d. §. arbitrorū. in vlti. colū. dicit, ꝙ ideò, qa ex cōpromiſſo in arbitrū fit iniuria iudici, cuius erat iuriſdictio: cū adeať arbiter, vt ꝓcedat iudicialiter, ſicut iudex: meritò iudex ſe non impedit de iniquitate. ad hoc. l. litigatores. ff. de arbit. Sed qn̄ cōpromittiť in arbitratorem, tunc nulla iniuria fit iudici, cū fiat ſup̄ contractu. vt. ſ. dixi. ꝙ celebratur ex partiū cōuentione & nō iudicis authoritate. Sed contra hoc facit. l. iij. §. tametſi. ff. de arbi. vbi dicitur, quòd arbiter eligitur tanq̄ bonus vir: & ſic videť electus vt arbitrator. Sol. dicit ibi gl. notabilis, quòd arbiter eligiť, vt bonus vir p̄cipuè: hoc eſt, vt ipſe ſit bonus vir, cui⁹ arbitrio pareať: ita ꝙ nō eligiť cō parando bonitatē ſuā ad alterū: ſed habetur reſpectus ad perſonā ſuam tm̄. ſed arbitrator eligitur, vt bonus vir ſimpliciter. i. vt dicat id, quod diceret qlibet bonus vir. Quod ſi nō facit, meritò recurriť ad arbitriū boni viri. i. iudicis. l. cōtinuus §. cū ita. ff. de ver. obli. ſecundū Bar. in. d. l. iij. Et quāquā iſta videanť notabilia: tamē mihi ex toto nō ſatisfaciūt: quia nō videtur cōpromittendo irrogare iniuriā iudici: cùm hoc fiat lege permittēte. C. de adult. gracchus. & xxiij. q. iiij. qui peccat. & c. cū eccleſia vulitrana. de ele. Item ſi iſta ratio eſſet ſufficiens, pari modo iudex nō impediret ſe in compellendo arbitrum ad pronuntiādū: nec in mandando executioni ſententiam ſuam: quod tamen facit: vt. l. iij. ff. de arbi. & l. à diuo Pio. ff. de re iudi. Ego dicerem hanc eſſe ratio nem. Arbiter nō eligitur, vt arbitratu ſuo decidat: ſed vt ꝓcedat ſecūdū ius. d. §. recepiſſe. Ideò non pōt reduci ad arbitriū boni viri: qa nō habet in eo locū arbitratus. Appellari aūt nō pōt: qa ex ſentētia ſua nō dať actio iudicati: & ſic appellatio nō reperit, quid ſuſpendat: vt leg. & not. in. l. j. C. de arbi. cum ergo nō reperiatur cōpetens remediū, ſtandū eſt ſentētiæ ſuæ: & imputandū eſt cōpromittenti: niſi iudex ex officio ſuo corrigat modo prędicto. Arbitrator autem eligiť, vt arbitratu ſuo procedat: meritò dictū ſuū reducitur ad arbitriū
31 boni viri: vt in. d. §. arbitrorū. ¶ † Nūc circa iſtam reductionē ad arbitriū boni viri, quæro de pluribus. Et primò, quid ſi quis promiſit ſub pœna ſtare dicto arbitratoris: nūqd peti poſsit iſta reductio, ſi arbitrator iniquè ꝓ-
b nuntiauit ſine metu pœnæ. [b] Inſtat Inno. & tā dē concludit ꝙ nō incidit in pœnā petēdo reductionem iniqui arbitramenti: quia iuramē tum eſt fortius, quàm pœna: ſed iuramentum non aſtringit ipſum ad parendum quouſq; redactū fit ad arbitriū boni viri: vt hîc patet. Reſtat quòd & pœna minus ipſum adſtringere poteſt. hoc etiam tenet Hoſtiē. qn̄ generaliter
d eſt iuratum de ſtando dicto arbitratoris. Idē [d] tenet Specu. in ti. de arbi. §. j. ver. ſed pone per iſtum tex. qd̄ mihi ſatis placet. Nā verba genetalia debent intelligi ſecundū ſubiectam materiam. l. quæro. §. inter locutorem. ff. loca. & l. ſi vno. eo. tit. Debet ergo pœna & iuramentum intelligi, ſi enormiter non læſerit, Sic in arbitro not. dicit Innoc. in. c. per tuas. de arbi. vt iuramentū de ſtando ipſius dicto intelligatur alternatiuè: ſed quòd ſtabit, vel ſoluet pœnam, aut intereſſe. & hoc no. Sed maius dubium eſt, ſi ſpecialiter & expreſsè dictū fuit: vt arbitrator poſsit ius vnius partis in totum vel in partē dare alteri. Et quòd quantūcunq; iniquè ꝓnuntiaret, ſtandū nihilominus eſſet dicto arbitratorum: nunquid poſsit peti reductio ad arbitrium boni viri: maximè ſi interuenerit iuramentū, vel pœna. Dicit Hoſt. ꝙ niſi arbitramentum eſſet cōtra Deum, quo caſu nullo modo eſſet parendum: vt not. in. d. c. ad aures. de tempo. ordi. melius in. c. ſi dominus. & c. Iulianus. & c. qui reſiſtit. xj. q. iij. debent partes arbitramētum obſeruare: nec poſſent contrauenire ſine metu pœnæ, ſiue periurij, ſi pœna, vel iuramentum interuenit: poterunt enim partes in hoc ſe ligare, & iuri ſuo re
c nuntiare. [c] ad hoc. c. j. & ij. de pac. & vij. q. quā periculoſum. & l. in re mandata. C. man. & c. de his. de ſepul. Dicit tamē, ꝙ fortè ex æquitate iudex deberet occurrere iniquitati ex officio ſuo, penſatis perſonarum & cauſæ qualitatibus. de trāſ. c. fi. quod verbum eſt valde notandum. ¶ † Et attende: quia prædictorum
32 deciſio dependet à qęſtione iam multum trita, quæ adhuc ſub iudice pendet. Nam per quot ora diſcurrit, tot ſententias reportat: videlicet nunquid poſsint partes à principio renuntiare reductiōi ad arbitrum boni viri? Et
d prę ſuppoſito, ꝙ valeat renūtiatio[d], ſeu pactū:

nunquid

45 procedendi. & latius dico in. d. c. cum dilecta. ¶ † Vltimò, vt nil boni ad materiam deſit, quæro, an arbitrator debeat pronuntiare partibus præſentibus? Sol. Cyn. in. l. fin. C. de contrahen. empt. tenet quòd ſic: aliter non valebit ſententia ſecũdum eum. Mouetur principaliter per. l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. obliga. vbi dicitur quòd ſi per te ſtat quomius compromiſſarius arbitretur, comitti tur pœna. Per partes autem aliter ſtare non poſſet, niſi ipſis abſentibus poſſet arbitrari. Ex quo infertur, ꝙ partibus abſentibus non poteſt pronuntiari. Barto. in dicta. l. ſi quis arbitratu. refert quendam ſolennem aduocatum conſuluiſſe contrarium: ipſe tamen ſatis prolixè ſequitur primam opi. & pro caſu alle. l. quod ſi nolit. §. ſi quid. ff. de ædil. edi. Item licet arbitrator non cognoſcat iudicialiliter inter partes: debet tamẽ partes interrogare. l. j. ff. vbi pu. educa. de. Et ad hoc allegat multa ſimilia. Fran. de Are. quem ſequitur hîc do. Ant. dicit, ꝙ ſi partes ſunt præſentes, in diſcuſsione iam facta non eſt neceſſaria vocatio in arbitratore. argumentum. C. de adulte. l. quanuis indubitati. Et hoc tenet Cyn. poſt Iaco. de Ra. & Pet. quòd plus eſt in arbitro in. l. ſi qui ex conſeuſu. C. de epiſ. aud. Si verò partes non fuerunt adhibitę in diſcuſsione, vel non cõſtat dicit, ꝙ ſi partes non requiruntur, non per hoc laudum erit nullum: quia talis modus ꝓcedendi non reperitur ſtatutus à iure ipſis arbitratoribus. Habent enim poteſtatem æquum arbitrandi ſine obſeruatione alicuius formæ: vnde eſſe debet in electione ipſorũ, an hoc velint obſeruare. ad hoc. l. ſi defuncta. §. fina. ff. de vſufru. ad hoc quod in ſimili dicimus de executoribus, in. c. fi. de præſum. & in cle. vnica. de offi. deleg. de honeſtate tamen debent partes vocari: & ſi detractant venire, non cogitur arbitrator iudicare: quia poteſt ſibi dicere non liquere de cauſa. & hoc modo poterit ſtare per non venientem quominus arbitretur. & ſic poteſt intelligi. l. ſi qs arbitratu. Non obſt. l. quòd ſi nolit. quia ibi non dicitur, ꝙ in arbitrando requiratur partium preſentia: ſed excuſatur quis parti à cõtumacia non reſtituendi propter abſentiam eius, cui debet fieri reſtitutio. Non obſt. iura alleg. per Bar. quia loquuntur in actibus iudicialibus, vel quaſi. ſed nos loquimur in actibus merè extraiudicialibus: vt in contractibus, qui poſſunt compleri per nuntium & epiſtolam. l. conſenſu. C. de actionibus & obligationibus. & facit l. certum. §. ſi quis. ff. de confe. iuncta. l. Publia. ff. depoſi. Hanc opi. ego ſequor, & originaliter fuit hæc opi. Gul. de cu. in. l. epiſcopale C. de epiſ. aud. Sequitur Barto. in. d. l. ſi qui ex conſenſu. & d. Cardina. in. d. c. expoſita. Sentit Hoſtien. hîc in ſupradicta quæſtione in eo, quòd ſentit arbitratorem poſſe teſtes recipere & publicare: & ſententiam ferre partibus abſentibus. Idem ſentit iudicio meo Innocenti. dum dicit, quòd coram arbitratore non eſt iudicium, nec quaſi: ſed totum in ſua poſitum eſt voluntate. Nam ſolennitatum obſeruatio non eſt, niſi coram iudice, vel arbitro ſecundum eum: ſed extra iudicium ad ſui inſtructionem laborat arbitrator ad veritatem inquirendam. ¶ Et pro hac opinione adducitur vltra prędicta. ff. de legatis. ij. l. cum pater. §. hæreditatem. & l. ex facto. §. ſi quis, ad Trebel. vbi deportatus in longinquã prouinciam in remotis partibus arbitratur. Ad idem ca. ij. de arbi. vbi exul & abſens compromiſit. Item arbitramentum non eſt ad inſtar iudiciorum, ſed contractus: vt. d. authẽ. ſi verò contigerit. Contractus autem poteſt purificari etiam partibus abſentibus, ex quo dederunt

[a] SEB. SAPIA. ¶ Alia quęſtio. Vide Abb. in. c. cum tẽpore. ſ. de arbitris. & Bal. in. l. ſolã. in fi. C. de teſtibus. & in. l. ſi non ſpeciali. in fi. C. de teſt. cum allegatis per Fel. in. c. j. col. xx. ver. & ſi dicat ꝓcedas de iure, & de facto. ſ. de conſtitutio.

[b] SEB. SAPIA. ¶ Cõtra formam cõpromiſsi. Vide Ale. in cõſi. xxij. col. fi. in vlti. volu. Are. in cõſ. lxvij. in vlt. colũ. Com. in cõſi. lv. inc. duo habentes. ad finẽ. Andr. Siculũ in. c. ij. col. xij. ſ. de off. dele. Fel. latè in. c. cauſam. in antepenul. col. j. de re iudi. Lanfrã. de ori. in tractatu de arbitris. in. vij. char. ver. j.

runt poteſtatem mediatori.argumen.in.l.ij.ff.de condi.& demõ. Facit etiam quod not.Inno.in. c.fin.de tranſla.Epiſcopi.¶ Sed ad prædicta adde limitationem ſolennem:quòd ſi arbitrator proceſ ſit ex abrupto parte non audita,nec requiſita,laudum eſt nullum & ita allegatum fuit de facto &etiam pronuntiatum:vt no.refert Bald.in libro feud.in tit.de inueſtitu.in mari facta.c.j. prope fin. & facit ſecundum eum.d.l.quòd ſi nolit.in fi.& quod no.Inno.& Joan.And.in ca.ex ratione.de appel.Pro hoc facit,quia bonus vir debet audire partes:cum earum aſſertione cauſarum merita pandantur.l.fina.C.ſi per vim vel alio modo.&.c.tum ex literis.de in inte.reſti.& quod no.Bar.in.l.cum prolatis.ff.de re iud. & ſic poſſes reducere ad concordiam opiniones contrarias.¶ Et quia incidenter dixi Ia.de ra.Pet.& Cyn.tenere in.l.ſi quæ ex conſenſu. C. de epiſco.au.valere ſententiam arbitri, ſi partes fuerunt præſentes in diſcuſsione cauſæ vſq; ad concluſionem.Contrarium puto verum,per.l.diem proferre.§. ſi quis litigatorũ. ff.de arbitris. vbi tex.ſingulariter dicit,ꝙ non poteſt pronuntiari partibus abſentibus:vel altera earum etiam data contumacia,niſi fuerit hoc dictũ in compromiſſo.quod videtur Bart. habuiſſe pro indubitato. in d.l.ſi quis arbitratu.& clarius Bald.in.d.l. ſi qui ex conſenſu. ſi ex contumacia committitur pœna compromiſsi:& expirat poteſtas
46 arbitratoris ſecundum eum.vt in.d.§.ſi quis.quod no.¶ † Vltimò
a nolo hîc omittere quæſtionem notabilem[a] & quotidianam. Compromiſſum fuit in duos,& diſcordant:nunquid iudex poſsit elige re tertium,ſeu eos ad electionem tertij compellere? hæc quæſtio fuit de facto:& intellige de arbitratoribus.Nam de arbitris nõ eſt dubium:vt in.c.cũ ſpeciali.de app.& in.l. item ſi vnus.§. ſi in duos ff.de arbi.Bal.in.d.c.j.de inueſti.in ma.fac.recitat fuiſſe per[b] quoſdam ſapientes reſponſum,ꝙ non:[b] quia arbitratores ſunt ad ſimilitudinem proxenetarum.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbitris.Sed certum eſt,ꝙ in proxenetis non eſt tractandum de electione tertij.Et hæc opinio placet ibi Bal.& etiam mihi:quia à perſona non arbitrante,non receditur:vt.l.ſi quis arbitratu.ff. de verb.obli.& l.ſi merces.ff.loca.Nunc ex prædictis ſub epilogo per modum tabulæ:vt facilius inuenias materiam: habes viginti & vnam differentiam inter arbitrum & arbitratorem:ex quibus colligitur,maximè ex principio, modus cognoſcendi & diſcernendi arbitrum ab arbitratore.Secũdò principaliter habes multas quæſtiones ad materiam.tres habes incidenter,poſteà xviij.¶ Prima eſt, an pro executione arbitramenti detur aliqua actio,& quæ.¶ Secunda,an ex taciturnitate temporis homologetur arbitramentum: vt ſic non poſsit peti reductio ad arbitrium boni viri. ¶ Tertia,quo iure petatur reductio ad arbitrium boni viri. ¶ Quarta quæſtio poſt omnes differentias:quare dictum arbitri nõ reducitur ad arbitrium boni viri,ſicut dictum arbitratoris. ¶ Quinta quæſtio, nunquid poſsit peti reductio arbitramenti,ſi partes promiſerunt ſub pœna ſtare dicto arbitratoris:& quid ſi fuit iuratum.¶ Sexta quæſtio,quid ſi fuit dictum,ꝙ poſsit altè & baſsè arbitrari: & de iure vnius dare alteri in totum, vel etiam in partem: & an valeat renuntiatio,ſeu pactum de non petendo reductiõem. ¶ Septima quæſtio,pro quanta leſione poteſt peti arbitramentum reduci ad arbitrium boni viri. ¶ Octaua quæſtio, an petens reductionem: & ſuccumbens incidat in pœnam compromiſsi,vel periurij, ſi iurauerat:& incidenter tangitur:quis habet probare contra arbitramentum.¶ Nona quæſtio,quid ſi petens pro parte ſuccumbit, & pro parte obtinet:& quid ſi non ſeruauit pars arbitramẽtum per iudicem moderatum,an incidat in pœnam compromiſsi.¶ Decima quæſtio, intra quantum tempus debet arbitrator arbitrari. ¶ Vndecima quæſtio,quis eſt iſte bonus vir, ad cuius arbitrium recurritur in cauſa reductionis:&an ſit iudex arbitratoris,an actoris vel rei.¶ Duodecima quæſtio,an à ſententia iudicis reducentis arbitramentum ad æquitatem poſsit appellari,vel ſaltem peti, vt reducatur ad arbitrium alterius iudicis. ¶ Tertiadecima quæſtio eſt,an per petitionem reductionis ſuſpendatur executio arbitramenti.¶ Quartadecima quæſtio, quid ſi fuit compromiſſum in aliquem tanquàm in arbitrum & arbitratorem: & quid ſi fuit dictum,quòd poſsit procedere ſeruato ordine iudiciario, & non ſeruato,¶ Quintadecima quæſtio,quid ſi is in quem fuit compromiſſum modo prædicto proceſsit partim ſeruato ordine iudicia rio,& non ſeruato. ¶ Sextadecima quæſtio, quid ſi fuit compromiſſum modo prædicto, vt compromiſſarius poſsit procedere de iure & de facto,& pronuntiare de iure tantùm: & nunquid hoc caſu valeat ſententia contra ius, ſeu iniuſta.¶ Decimaſeptima quęſtio,an arbitrator poſsit pronuntiare &procedere partibus abſentibus. ¶ Decimaoctaua & vltima quæſtio,nunquid duobus arbitratoribus diſcordantibus debeat deputari tertius. Tractatur etiam in principio capituli, an arbitrator ſeu arbiter poſsit mutare laudum: & latius in xv.differentia:vbi vide:quæſtiones verò,quę eliciciuntur ex differentijs ſuprà poſitis, poteris faciliter diſcurrendo videre.

SVMMARIVM.

1 *Ex cauſa continentiæ poſſunt coniuges licitè ſeparare cohabitationem.*
2 *Iudex eccleſiaſticus & ſecularis eſt competens iudex ad compellendum coniuges ad cohabitandum.*
3 *Permiſſum eſt coniugibus inuicem ſe dimittere propter fornicationem: & ſeparare matrimonium propter continentiam ſeruandam.*
4 *Vnus coniugatus non poteſt ingredi religionem, niſi alius ingrediatur.*
5 *Coniugati vouentes continentiam, ſi alter labatur: an epiſcopus debeat eos reintegrare.*
6 *Coniugati vouentes continentiam, ſi ſe reintegraue rint,proles nata eſt illegitima.*
7 *Iurans non diuertere,an ex cauſa poſsit diuertere, & non incurrere periurium.*
8 *Iurans non redire ad maritum,an obſtante iuramento poſsit redire.*

CAP. XXIIII.

IVanos. ¶ Coniuges abiurare ſe nõ poſſunt. ita ſummatur.Ego ſummo ſic. Ex cauſa leui & temeraria coniuges, etiam quo ad thorum & mutuam cohabitationem ſe ſeparare non poſſunt, etiam cum iuramenti interpoſitione.hoc. d. In prima cõ ſultatio.In ſecunda reſponſio.Secunda ibi:*nos igitur*. ¶ Caſus literalis.Quidam.B. nomine &.A.vxor eius adinuicem iurauerunt ſe nunquam mutuò petituros:poſteà idem. B. corã iudice ordinario,ſcilicet coram archiepiſcopo Terraconenſi illam inſtanter repetebat.A. econtrario affirmante, quòd prius ſe faceret ſarracenam,quàm rediret ad eum.&c. Quæſiuit ordinarius à domino Papa,quid ſibi ſuper hoc eſſet agendum.Mandat Papa eidem quatenus vtunq; inducat ad continentiam obſeruandam. quòd ſi facere voluerint & ſeruare eam,maneãt ſeparati:alioquin per excommunicationis ſententiam, appellatione remota, compellatur mulier ad virum redire: cum iuramentum illud temerarium fuit, & vterq; illorum adulterium commiſerit.Ber.¶ Not.ꝙ diſſolutio non dependet à voluntate coniugũ ſiue agatur ad diſſolutionem quo ad ſubſtantiã vinculi:vt in.c.ſuper eo.de eo,qui cognouit conſang.vxo.ſuæ.ſiue agatur de diſſolutione reſpectu mutuæ ſeruitutis & cohabitationis;vt hîc.&j.de conuer.coniuga.cap.cum ſis.
1 & quaſi per totum. ¶ † Not. ij.quòd ex cauſa

SEB. SAPIA.
a ¶ Quæſtionẽ notabilẽ. Vide Frã. de Aret.in cõſi.c. col. pe. Ro.in fin. cxliij.in cip. tu habes.in.c. innotuit. & Peruti.in.c. cũ ſpeciali. col. iij. j. de appellati.

ZACHARIAS.
b ¶ Quòd non. Tu vide per Barto.& Alex.in.l. item ſi vnus.§.ſi in duos. ff.de arbi.Bal.in.l. j. in lectura antiqua.C.de his,quæ pœnę nom. Ioan. mo.in rubr.de arbi.li.vj.Io.An. in addi.ad Spe.eo.ti. §.ſequi. ver. quid ſi taceat.

continentiæ ſeruandæ poſſunt coniuges licitè ſeparare domicilium & cohabitationẽ. Hoc
a intellige, niſi ſint iuuenes [a] & ſuſpecti de incõtinentia. Tũc enim iudex debet ex officio ſuo occurrere & impedire reparationem. argu. in ca. vxoratus. &. c. cum ſis. de conuer. coniuga. & ſentit Hoſt. in. c. veniens. de regulaj. vbi dicam. ¶ No. iij. quòd per iſta verba moneas & inducas: ꝙ non mandatur præciſa coactio. vide quod legitur & notatur in. c. ij. de ſponſa.
2 ¶ †Not. iiij. iudicem eccleſiaſticum poſſe & debere compellere coniugem ad petitionem alterius coniugis ad cohabitandum matrimonialiter, cum ſuo cõiugali. Et ſic eccleſiaſticus eſt iudex non ſolùm, vbi agitur de ſubſtantia vinculi matrimonialis: vt in. c. tuam. de ordi. cog. & cap. lator. qui fi. ſint legi. ſed etiam vbi agitur de integratiõe matrimonij quo ad mutuam ſeruitutem. & in hoc poſſet etiam adiri iudex ſecularis: vt in. d. c. non eſt. de ſpon. & ſic vterq; eſt competens. Et not. quòd etiam etiã eccleſia non compellit vxorem, vt redeat ad maritum, etiam ſi præcisè reſiſtat. hîc tamen ſolùm dicitur de compulſione per cenſuram eccleſiaſticam, An autem poſsit præcisè compellere: puta per familiam. vide quod dixi in c. literas. de reſti. ſpo. ¶ †Glo. j. quærit, quare hoc iuramentum non fuit obligatorium: reſpondet, quia fuit temerarium: vt in text. Sed aduerte, quia per hoc non ſatisfit quæſtioni. nam hoc eſt repetere ipſum: quare ideò eſt videndum, quare hoc iuramentum fuit temerarium. Ego reſpondeo, ꝙ ideò: quia coniuges tenentur ſibi propter bonum matrimonij ad mutua ſeruitia, & mutuò debitum reddendũ: nec licet viro dimittere vxorem, niſi ex cauſa fornicationis & econtrà. nec vxori licet dimittere virum ſuum. xxxij. q. vij. c. Apoſtolus. & in. c. omnes cauſationes. Iſti autem diuiſerant ſe ex quadam leuitate & temeritate. Nam vt patet ex fine literæ, vterq; poſt ſeparationem commiſit adulterium: ſecus tamen eſſet ſi ex honeſta cauſa hoc feciſſent: puta propter continentiam ſeruandam: vt in. c. quod Deo pari. xxxiij. q. v. Et hoc eſt, quod voluit Inno. hîc dicens: hoc iuramẽtum fuiſſe temerarium: quia non fuit promiſſa continentia, nec anima concepta: quod intellige, vt. s̃. dixi. quando ſcilicet non eſſent de incontinentia ſuſpecti. Sed tunc diceres: quomodo præter fornicationis cauſam vir dimittit vxorem, contra. c. ij. de conuer. coniuga. cum ſimi. Reſpon. quòd non dicitur dimittere, ſed potius ex cauſa honeſta propter Deum ſeparant cohabitationem: vt facilius vacent orationi & contemplationi: & eſt honeſtum. & hoc faciunt authoritate Epiſcopi. & ſic intellige tex. cum gloſ. in. c. ſi tu abſtines. xxvij. quæſtione. ij. & vide quod ſcripſi in c. ij. de conuer. coniuga. non eſt tamen hæc authoritas de ſubſtantia: vt hîc. &. ca. quod Deo pari. præallega. ¶ Quærit ſecundariò gl. qualiter iſti punientur pro temerario iuramento & eſt gloſſ. clara. Inno. hîc dicit, quòd punientur pro mortali. vide tu de hoc bo. gl. & quod
4 dixi in. c. tua nos. s̃. eodem. ¶ †Oppo. & videtur, quòd vnus non poſsit ſine altero commorari, niſi vterq; intret religionem: vt in ca. ad Apoſtolicam. de conuer. coniuga. vbi patet, ꝙ non permittitur vni coniugum intrare religionem, niſi pariter reliquus ingrediatur. Solu. gloſſ. ij. quòd quidam fatẽtur contrarium: ſed ipſa tenet, quòd etiam in ſęculo cauſa continentiæ poſſunt diuiſim commorari. per ca. quod Deo pari. Sed ſi alter vellet religionem intrare: tunc oportet etiam alterum ingredi, vt in contrario. Ratio autem diuerſitatis poſſet eſſe ſecundum Hoſt. quia ſi poſſet vnus profiteri altero iuuene remanente in ſeculo, poſſet abſurdum hoc ſequi: quia iuuene non continẽte, vel profeſſus educeretur de monaſterio, vel aliter viueret ſemper in adulterio. ad hoc dẽ conuer. coniuga. capi. ex parte. j. & c. placet. vbi verò ambo ſunt in ſeculo, ſi non continerent, nil abſurdũ ſequitur: ſed alter cogitur alteri adhærere vt hîc. Aduerte bene: nam ſentit Hoſtien. quòd ſi coniuges ſe ſeparent cauſa continentiæ, & eam non ſeruent, debent compelli: vt ſimul cohabitent & reddant ſibi debitum. Hoc dictum poſſet ſatis admitti, vbi non emiſerunt votum continentiæ: ſed dixerunt ſimplici verbo Epiſcopo, quòd etiam vellent ſeruare: & ſic iudicio meo poſſet intelligi. text. à contrario dum dicit: quàm ſi promittere voluerint & ſeruare: quaſi ſi promittunt & non ſeruant, non debet Epiſcopus
5 eos pati diuiſim habitare. ¶ †Sed eſt dubium, quid ſi vouiſſent cõtinentiam & poſtmodum alter lapſus eſt in adulterium, an Epiſcopus debet reintegrare ſaltem ex officio illud matrimonium,
6 vide de hoc quod not. in cap. dudum. de conuer. coniu. †Inno. videtur ibi velle, quòd non: imò dicit, quòd ſi iſti vouentes coniun
b gerentur carnaliter proles inde genita eſſet illegitima. [b] Et idem tenet glo. in. c. miniſtri. lxxxj. diſtin. ſentit etiam hîc Inno. dum dicit, quòd ſi iſti iuraſſent ſe mutuò non perituros cauſa continentiæ non poſſent ſe vlterius repetere. Sed glo. in cap. noſſe. xxx. quæſtio. j. & in. c. quod Deo pari. xxxiij. quæſtio. v. dicit, quòd licet alterum repetere non poſsit: iudex tamen ex officio ſuo reintegrabit matrimonium. argu. de diuor. ex literis. Sed certè illud ca. non probat. loquitur enim in alio caſu: vt ibi no. & in oppoſitum multum facit illud ca. quòd Deo pari. vbi alter finit lapſus. & tamen Papa non reſtituit eum alteri, ſed hortatur: vt ſeruet cõtinentiã. Item alter reportaret commodum de delicto ſuo, & volens indirectè repetere coniugem committeret adulterium. ¶ Sed puto ſatis poſſe diſtingui, quòd aut altero lapſo, ſi non per hoc vehemẽs inſurgit ſuſpicio de perſeuerantia in peccato non debet matrimonium reintegrari: & ſic loquatur. c. quod Deo pari. Aut eſt ſuſpicio perſeuerantiæ: vt quia eſt iuuenis & ſuſpectus: & tunc ex officio iudicis reintegrabitur matrimonium. Ratio, quia tale votum videtur fuiſſe illicitum: nec debebat à principio emitti, vel ab eccleſia recipi. Sicut enim vnus non poteſt intrare religionem altero ſuſpecto remanente in ſeculo propter timorem incontinentiæ: vt in iuribus ſuprà alleg. Ita non eſt permittendum, vt voueant & permaneant in ſeculo: & ſi de facto vouerunt, Epiſcopus ex officio ſuo prouidebit: ne maius peccatum inde contingat. quod
7 no. ¶ †In ſecunda parte gloſſ. iſta quærit, quid ſi coniuges iurant nunquam diuertere abinuicem: nunquid tale iuramentum omni caſu ſit ſeruandum? Et primò arguit & concludit, quòd ſi vellent intrare religionem poſſunt: quia tũc commutarent iuramentum in melius. & ſic videtur velle, quòd aliter non poſſent abinuicem diuertere obſtante iuramento. Ioannes Andrę. dicit, quòd ſi iuſta cauſa ſubeſſet: puta conſanguinitatis. vel aliud perpetuum impedimentum: tunc non obſtante iuramento alter agere poſſet ad diuortium: cum ſubaudiatur ibi, niſi ex cauſa: quia nec contra ius intelligitur iuraſſe. s̃. c. proxi. &. c. ad noſtram. el. iij. ¶ Aduerte, quia in iſtis exemplis Ioan. Andræ. quæſtio non haberet dubium: cùm iuramentum generale ſe non extendat ad caſum nutrientem peccatum ex tacita intentione iurantis. Et præſuppoſito, quòd habuiſſet illum animum, tale iuramentum illicitum nõ ligaret: vt probatur in. c. j. de iureiuran. libro. vj. ¶ Sed dubium eſt, quid ſi oritur cauſa legitima diuortij, quam iurans poſſet remittere, vt puta inductam in fauorem ſuum: vt ſi mulier commiſiſſet fornicationem carnalem, vel ſpiritualem: vt j. cap. proxi. vel non ſolueret dotem promiſſam, iuxta not. in ca. per veſtras. de do. in. vir. & dot. poſt diuor. reſti. vel quid ſimile: quòd poſsit diuortium petere nõ ob. tali iuramento generali. videtur bo. tex. in ſimili in. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. vbi dicit: quòd ſi locator promiſit non expellere inquilinum, intelligitur, ſi ſoluerit penſionem: & ſic ſi fe

cerit

HEB. SAPIA.

a ¶ Iuuenes. faciunt no. per Pau. de ca. & Moder. in. l. iuſtitia. §. iuris præcepta. ff. de iuſt. & iure. vbi dicunt, ꝙ iudex põt cogere aliquem, quòd honeſtè viuat: & ꝙ dimitat cõcubinã quãdo habet vxorem.

b ¶ Eſſet illegitima ego dicerẽ, ꝙ non põderatis ver. gl. in cle. j. & ibi Car. de ſen. excom. vbi dicit cõuerſos ſancti Franciſci cõiugatos poſſe cõire, licet ſint continẽtes, & regulam ſeruent. Idem tenet Spec. in titu. de diſpu. & alle. §. poſt hæc. ver. generaliter. vbi dicit votũ inter coniuges nõ obſtare coitui inter eos.

cerit id,ad quod tenetur ex natura cõtractus. Item si promisit fili um non exhæredare:intelligitur,nisi causam exhæredationis dederit.l.quidam cum filium.ff.de verbo.obli.Item si promisi te nõ offendere:intelligitur,nisi causam offensionis commiseris.l. qui seruum.ff.de verbo.obli.Et generaliter secundum Bart. ibi. facit ille.§.ad omnes contractus,in quibusvltro citrõq; aliquid promittitur:vt quis non teneatur seruare, quod promisit, si per aduersam partem omnia seruata non sunt.Facit. l.Iulianus.§. offerri. ff. de actio.empti.Debet ergo secundum hoc intelligi illud iuramẽtum de non diuertendo:si aliter legem coniugij seruauerit. Pro hoc,quia aliter matrimonia non essent libera in dissoluendo ex iusta causa contra.l.libera.C.de inuti.stipula.Pro & contra faciunt ea,quæ dixi.s̃.proxi.c.in.q.illa:cum quis iurauit non petere reductionem ad arbitrium boni viri:vbi vide.&pro prima parte optimẽ facit.c.proxi.in prin.¶ †Gl.pe.quærit,an hæc mulier potuisset propria authoritate iuramento non obstãte redire ad virum? & dicit,q̃ sic.Idem tenet Host.Tan.& Gof.contrà.Dicit Io.An. quòd hæc vltima opi.posset procedere,quando esset dubium, an propter incontinentiam &lasciuiam se abiurassent:dicit,quòd apud eum no ñ posset cadere dubitatio. Aut enim iurauit propter continentiam.& non debet redire sine superioris authoritate iuxta superius dicta.Aut propter lasciuiam, & tenetur redire: cum iuramentum fuit temerarium:vt in litera.

CAP. XXV.

QVemadmodum.¶ Is qui iurauit cum muliere contrahere, propter superuenientem fornicationem, vel difformitatem eam repellere potest:propter præcedentem non.h.d.primò.Si vir iurauit non accusare vxorem,temerarium est iuramentum:sed si specialiter de adulterio hoc iurauit:denuntiare poterit,sed accusare nõ debet.hoc vltimum non est sine dubio:vt.§.patebit.Diuiditur in tres partes principales.secunda ibi: *illud autem.* tertia ibi: *quòd si.* Prima subdiuiditur. Nam primò inducit simile consulationi fiendæ.Secundò sol.ibi: *ita si quis.* Tertiò probat solutionem per euitationem absurditatis: & per rationem,ibi: *alioquin.* Quartò respondet oppositioni iuramenti, ibi: *non obstante.* quod responsum probat per euitationem absurditatis.ibi: *quòd si post.* Secunda pars principalis non subdiuiditur.Sed tertia pars sic:quia primò ponit casum.Secundò allegat pro negatiua,ibi: *cum scriptura.* Tertiò p affirmatiua,ibi: *sed nunquid.* Quartò soluit ibi: *tutius.* ¶ Casus literalis. Quidam iurauit se ducturũ aliquam in vxorem:quę post illa sponsalia sic contracta fuit fornicata:quæritur,an teneatur eam ducere in vxorem, prætextu huius iuramenti.Respondet Papa per simile,& quasi à maiori, si vir iurasset mulieri,quãdo contraxit cum illa,quòd eam semper pro legitima teneret:eam non posset dimittere pro fornicatione,quã ante contractum matrimonium commisisset. Sed si post contractum matrimoniũ & præstitum iuramentum, fornicatur: eã dimittere possit,nõ obstante hmõi iuramento:quia in illo talis cõditio subintelligebatur,si illa contra legem matrimonij non peccaret.Eodem modo si aliquis iurauit se ducturum aliquam in vxorem,non potest ei fornicationem opponere præcedentẽ,sed subsequentem,vt eam ducere non teneatur:quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi:si illa contra legem desponsationis non venerit.aliôquin si post tale iuramentũ fieret publica meretrix,eam ducere teneatur:quod esset p rsus absurdum.Et hoc probat per locum à maiori,si vir post contractum matrimoniũ propter fornicationẽ dimittere potest vxorẽ:multò fortius ante coniugium celebratum propter fornicationem potest nõ admittere sponsam:quia turpius eijcitur,quã nõ admittitur hospes.Nec obstat iuramentum in aliquo istorũ casuum:quia iuramentum illud tale est propter conditionem intelligendum,quod potest seruari & non seruari sine transgressione iuramenti.Prætereà si post huiusmodi iuramentum mulier fieret leprosa,vel paralytica: vel nasum amitteret:vel quicquam turpius ei contingeret:an teneretur eam ducere in vxorem? Respõ.si esset vxor de prę̃senti,eam dimittere non posset:si sponsa de futuro,eam ducere non tenetur: quia multa impediunt matrimonium contrahendum,quæ non dirimunt iam contractum.

SVMMARIVM.

1 *Validum est argumentum à simili data similitudine in eo,ad quod confertur.*
2 *Per ista verba:promitto,quòd tenebo te in vxorem. inducitur matrimonium de præsenti.*
3 *Si duo fecerunt pacem,& vnus rumpat:primus rumpens potest accusari,& non accusare.*
4 *Fornicatio subsequens dissoluit sponsalia de futuro quanuis iurata.*
5 *Iuramentum positum super actu,intelligitur cũ omnibus conditionibus&limitationibus illius actus.*
6 *Contrahens non potest allegare debitorem suspectum propter paupertatem præcedentem contractum.*
7 *Iurans non accusare,an possit denuntiare:&iurans non denuntiare,si denuntiat,an incurrat periurium.*
8 *Multæ conditiones generales, quæ subintelliguntur in iuramento.*
9 *Depositarius non potest opponere compensationem: sed deponens sic.*
10 *Si sponsa labatur facultatibus,an licitè possit à sponso dimitti.*
11 *Iuramentum contra legem non tenet,si iuramentum est reprobatum per ius canonicum.*
12 *Sponsus,an possit dimittere sponsam de futuro,si per vim fornicata est?*
13 *Sponsa de præsenti,an propter fornicationem subsequentem:vel deformitatem possit dimitti.*
14 *Iurans non accusare,an obligetur & quomodo.*
15 *Maritus,an possit castigare vxorem suam,& inuinculare.*

SEB. SAPIA.

a ¶A simili. Vide latè per Abba.& alios in.c. translato.s̃.de consti.

SIllud autem.¶ In .§. isto. q. ponitur,quæ est talis:aliquis iurauit,quòd super nullo crimine accusaret vxorem.quæritur an istud iuramentum esset seruandum? Respõdit Papa,quòd iuramentum tale temerarium est:quia si mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro sine contumelia creatoris:vel vt illum traheret ad mortale peccatum:debet statim illam accusare apud iudicem suum: vt eã nisi penitus se corrigat omnino dimittat secũdum canonicas sanctiões.Sed si iurauit expresse, quôd eam super adulterio non accusaret: nunquid debet seruari hoc iuramentum:&videtur,quòd non. quia dicit scriptura, patronus est turpitudinis:qui crimen celat vxoris. & in Euangelio dicitur: Si primò & secundò correcta non se emendat,dicendum est ecclesiæ, vt tãquam ethnica & publicana postmodum euitetur.Sed contrarium videtur, quòd sit seruandum:quia non solùm septies, sed septuagesies septies dimittendum est vxori peccanti. Respondet Papa, quòd in hoc casu tutius est propter iuramentum,vt eam non accusẽt ad diuortium celebrandum:sed denuntiare debet illam ad pœnitentiam peragendã.

1 Ber.¶ †No.j.quòd valet argumentum à simi
a li[a] data similitudine in eo,ad quod confertur: licet in alijs illa non sint omnino similia:vt patet hîc in similitudine inducta inter matrimonium contractum & contrahẽdum:quod no.

c.cum dilecta.de confir:vti.vel inut. Vide Ioã. And.in.c.nõ poteſt.de præbẽ.li.vj.vbi hoc firmat. ¶ †No.ij.[a] arg.ꝙ per iſta verba,promitto,quòd tenebo te pro legitima vxore:cõtrahitur matrimonium de præſenti. de quo vide bonum tex.cum ibi no.in.c.ex parte.j. de ſpõſa.Et facit ꝙ in actibus pendẽtibus à mera diſpoſitione diſponentis,paria ſunt dicere,volo quòd Titius habeatur pro tali: vel ꝙ talis ſit: vt puta,quòd ſit ciuis:vel quòd habeatur pro ciue:de quo per Bar.in.l.ſi is, qui pro emptore.ff.de vſucap. ¶ †No.iij.& tenemenți,ꝙ ꝓmittens & iurans ſeruare aliquẽ contractum, intelligitur ſe obligare inquantum alius obſeruat pro parte ſua:aliâs non tenetur ad obſeruantiam.concordat.l.quæro.§. inter locatorẽ ff.loca.& facit iſte tex.ad ea,quæ dixi.s̃.c.proxi.& quod not.Bart.in.l.cũ pater.§.libertis.ff. de leg.ij.vbi per illũ tex. dicit, quòd ſi duo fecerunt pacem & promiſerunt illam non rumpere:ſi poſteà rumpunt,qui rumpit ſecundus, poteſt accuſare primum:ſed primus nõ ſecundum:quia ſecundus nõ erat obligatus: ex quo primus nõ ſeruauit pacem.facit quod ipſe no. in.d.§.inter locatorem.& quod legi. & not. s̃. eo.c.peruenit. ¶ †No.iiij.& menti tenete vos auditores,ſeu legentes:quod alibi non ita bene probatur,ꝙ fornicatio ſubſequens diſſoluit ſpõſaſia,de futuro etiam iurata:& licet iſte tex.loquatur in ſponſa fornicante.Idem tamẽ dicendum eſt in ſponſo: quia quo ad iſta non iudicantur ad imparia:vt in capit. Apoſtolus. xxxij.q.vij.& ea.cauſa.qõ.vj.nihil iniquius.& ca.indignantur.& ita in facto Senis conſului. Et intelligo, ꝙ fornicatio diſſoluit ſponſalia: ſcilicet in fauorem illius,qui non peccauit:ille enim poteſt illam non ducere:ſed peccans nõ ſoluitur alio volente:quia delictum ſuum nõ debet ei præſtare immunitatem & abſolutionem à contractu ſuo: vt in. c.ij. de tranſlatio. Epiſcopi.facit quod in ſimili habetur in. c. de illis.el.j.j.de deſpon.impub. ¶ No.ibi: *prorſus abſurdum.* ꝙ valeat argumentum à vitatione abſurditatis,concordat ca.ex ore. de priui. cũ ſimi. ¶ No.ibi: *turpius*[b] *eijcitur quã non admittitur hoſpes.* quòd licitè allegamus dicta poëtarũ:ex quo iuri non contracicunt.Item de proverbijs probatur,in.c.& ſi Iudæos.de iudæ.& quotidie allegatur iſte tex.quòd facilius impeditur matrimonium contrahendum,quã diri matur contractũ.qui cle.vel vouen.c. rurſus. ¶ †No.in ver.non obſtante.& tenemenți,ꝙ iuramentũ appoſitum in aliquo contractu recipit omnes cõditiones & ſubauditiones, ſeu limitationes,quas habet ille contractus.& idẽ dico,ſi apponitur in alia diſpoſitione,ſeu obligatione:vt reguletur ab illa.pro hoc.l.ſi. C.de non nu.pecu.& per Inno. qui hoc tenet in. c. per tuas.de arbi.& Bar.in.l.ſocietatem.§. arbitrorum.ff.pro ſocio.s̃.eo.dixi in.c.quintauallis.limita tamen ſecundũ no.in.c.debitores.s̃. eo. ¶ †No.ꝙ turpitudo,ſeu deformitas præcedens cõtractum non põt contra cõtrahentẽ allegari:ſed ſubſequens ſic.quod optimè facti vt contrahẽs non poſſit allegare debitorem ſuſpectum propter paupertatem præcedentẽ ſeu mores præcedẽtes.ad quod facit [c] tex.in.l. ſi creditores.ff.de priuileg.cred.&.l.fin. C. de ſponſa.& ibi per Bar.&.c. prætereà. de teſtib. cog.&.c.ſi.de collu.detegen.Et ex hoc tex.argũ.Hoſti.Prælatum prætextu criminis promotionem ſuam præcedentis non poſſe repelli.de quo in.d.c.prætereà.&.c.ſi de pur.c.vbi de hoc. ¶ †Not. ex vltima parte,ꝙ promittens,ſeu iurans aliquem nõ accuſare poteſt nihilominus illum denuntiare ad pœnitentiam peragendam. Et no.ex hoc & ex tex.finem denuntiationis Euangelicæ.fit enim non vt imponatur pœna:ſed vt cogatur pœnitere.Ex quo no.Pe. quòd probato crimine alicuius per denuntiationẽ, ſuperior non priuabit illũ,vel ſuſpendet eum officio ſuo,vel beneficio: ſed ſolũ coget pœnitere:niſi in caſibus,de quibus in.c. inquiſitionis. de accuſa.quod dicit alibi melius non probari. Sed adduco bonum tex.in cap.ſuper his.de accuſa.vbi melius & generalius probatur. Sed quæro,quid ſi quis iurat aliquem non denuntiare:vide glo.in c.ad noſtram.ij.s̃.eo.quæ dicit iuramentum non eſſe obligatoriũ quod eſt contra præceptum Chriſti & bonum charitatis. Dictũ enim eſt:ſi peccauerit in te frater tuus.&c. de iudicijs. c. nouit. & ij.q.j.c.ſi peccauerit.& vide quod dixi in.c.j.s̃.eodem. Dicit tamẽ notanter hîc Hoſt.ꝙ aut iurans vult denũtiare principaliter propter periculum animæ delinquentis & iuramentum non obſtat: aut mouetur principaliter propter intereſſe proprium,& nõ poteſt ſine metu periurij:quod ſatis mihi placet. Nam iuramentum valet reſpectu intereſſe priuati:ſed non reſpectu intereſſe publici.l.ſi vnus.C.pacta.ff.de pactis. facit quod dicam ſuper gloſſa & hoc ſuper notabis. ¶ †Venio ad gl.& notabis gl.ij.quæ in effectu facit tria. Nã primò ponit multas conditiones generales,quæ ſub intelligũtur in iuramento & quatenus dicit, ꝙ intelligitur conditio,ſi placet Papæ.intellige quando præſtatur in materia ſpectante ad Papam.ſic loquitur.c.veniẽs.s̃.eo. vbi plenè dixi: aliâs ſecus: vt patet ex notatis.s̃.eo.c.quanto.Secundò dicit, ꝙ ſpeciales conditiones non intelliguntur niſi exprimantur. Tertiò in fine dicit, ꝙ propter conditiones ſubintellectas iuramentum non dicitur conditionale,ſicut nec alia diſpoſitio:intellige etiam ſi expriman tur:vt in.c.ſignificaſti.& quod ibi no.de elec.Ioan.An. addit alias conditiones ſubintellectas.Nam ſi iuro tibi decem reddere: intel ligitur,niſi iudex interdicat.intelligo ex legitima cauſa.de cenſi.c. ſignificauit.&.ff.qui ſatiſda.cogã.l.ſi.vel ius cõmune:quia excommunicatus eſt.de quo in.c.veritatis,de dolo &contu.s̃.eo.debitores.Item quando pater iurat ſe daturum alicui filiam ſuam in vxorem:intelligitur promiſiſſe ſe facturum.&c.de quo vide quod dixi in.c.ex literis.de ſpon.vbi glo. Itẽ intellige ſaluo iure alterius.s̃. eo.c.veniens.Item ſubauditur quod habes.s̃.eo.c.quintauallis.Itẽ ſi iuraui alicui,ab eo debeo abſolui.s̃.e.c.quintauallis.& j.de ſponſalibus.c.ſecundo.& vide ad materiam poſt Hoſt.in ſumma.eod. ti.§.quot ſunt ſpecies. ¶ †In gl.in ver.fortius in fi.dicit Io. An.& melius,ꝙ licet depoſitarius nõ poſſet obijcere cõpenſationẽ:vt in iuribus allegatis in fi.gl.Deponens.tñ põt eã obijcere:cum in ſuũ fauorẽ ſit introductũ:vt in depoſito nõ fiat cõpenſatio.argu.in.c. ad Apoſtolicã.&.c.ſtatuimus.de regula. ¶ Opponitur & videtur ꝙ propter ſuperuenientẽ deformitatẽ non liberetur quis à ſponſalibus:quia iuramentũ eſt ſeruandũ,ex quo põt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ:vt in.c.ſi verò.s̃.eo.Sol.gl.in ver.oculos. ꝙ cõtrarium ꝓcedat,niſi quis liberetur à iuramento per exiſtentiã conditionis ſubintellectæ:vt hîc:quod no.pro limitatione illius.c. ſi verò.& ibi plenè dixi. ¶ Secũdo gl.quærit, ꝙd ſi ſpõſa haberet facultatibus:dic,ꝙ ꝓpter hoc nõ poſſet à ſponſo dimitti. Hoc intelligit verum Io.An.niſi certa quãtitas ꝓmiſſa fuiſſet: & tunc nõ põt ꝓmiſsionẽ adimplere j.de cõditio.app.c.de illis. ¶ †No.hoc dictũ. Nã illud.c.de illis.loqtur qñ iuramentũ fuit præſtitũ conditionaliter:nos aũt hîc loquimur,qñ ſimpliciter:ſed mulier ꝓmiſit dare certã rẽ,vl quãtitatẽ,& nõ põt ꝓmiſsionẽ adimplere.Sed aduerte qa dubito ẽt in terminis gl.Nã ex quo mulier cõtraxit ſimpliciter ſpõſalia nõ ꝓmittẽdo certã dotẽ,videt ꝓmiſiſſe oĩa ſua bona ĩ dotẽ:vt legi.& notat in.l. mulier bona.ff. de iure do.& p Bart.in.l.ſi cõſtãte.ff.ſol.mat.ergo ſi labat facultatibus:& ſic nõ põt oĩa,quæ habebat dare in dotem.non debet ſponſus obligari ad contrahendum:quia deficit cõditio ſubintellecta, ſcilicet ſi res in eodẽ ſtatu permanſit:vt in tex.& in gl.ij.facit.c.p veſtras.& quod ibi no j. de don.in.vir.& vxor.& off.do.poſt diuortiũ reſt.quod not. ¶ †Itẽ aduerte in eo,quod glo.in prima parte dicit,ꝙ iuramentũ contra

leges

---

a ¶ Adde Bar. in.l. ſi maritus. §.j. ff. ad.l.Iul.de adulte.

b cõtra facit.l.rei iudic.ff.ſoluto mat. vbi aliud eſt eſſe patrẽ & aliud haberi pro patre: vide.l.j.C. de his, q̃ ſub modo.& in.l. interdũ.§.q tutelã ff.de fur. & omni no vide Ro. cõſil. xcij. Ber.for.

SEB. SAPIA.

b ¶ Turpius. Vide Bar.& alios in.l.j. ff.ſi cer.pet.Fel.in c. qualiter & q̃n. ĩj.in prin.co.j.j.de accuſa.in.c.ĩj.in fi. s̃.de reſcrip.

c ¶ Et quod no.ĩpe Abb.Panor.in.c. cũ nõ ab homine cir.fin.de iudi. Et vide text.in.l.qui bona.§.de illo.ff. de dã.inſe.& vide Bal.ĩ.l.dies feſtos. C.de fer.& in.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his, q̃ in frau.cre.& Bal. in.l.ſi.de ſpon.& Ange. in.l.nemo carcerẽ.C.de exa. trib.Bert.force.

leges nõ legat.&c.dicit no.Hoſt.hoc verũ vbi iuramentũ reprobaſ lege canonica.c.ſicut.de fo.cõp.ſi diligẽti.&j.e.c.ſicut. Simpliciter eñ in hoc loco nõ ſtatur leg.ciuili.qa nec de foro ſuo eſt iuramẽtũ.de iu.c.nouit.& de elec.c.venerabilẽ.ad fi.in auſ. vt clerici apud prop.epi. §.ſi verò eccleſiaſticũ,col.vj.& ſic facit,ꝙ ſtatutũ laicorũ nõ põt impedire iuraméti abſolu
12 tionẽ.vide qđ dico j.e.c.cũ cõtingat.¶ †Quęro,qd ſi ſponſa de futuro forniceſ,ſeu opprimatur p violẽtiã:nũquid ſponſus poſit eã dimittere?Gl.iſta cõcludit in fine quòd ſic.&idẽ Io.An.non eñ ſecũdũ eũ debet cõpelli cõtrahere bigamiam.Secus dicit,ſi fuiſſet ſponſa de præſenti:vt no.gl.in.c.raptor.xxvij.q.ij. quæ etiã approbat præcedẽs dictũ gl.& facit quod habeſ in.c.diſcretionẽ.de eo, qui cog.conſan.
13 vxoris ſuæ.¶ †Quæro,qd ſi ſponſa de pręſenti forniceſ,vel incidat in aliquã deformitatẽ: nũquid à ſpõſo poſit ex toto dimitti? Glo.in ver.tenereſ.dicit,ꝙ nõ.intellige,ꝙ ppter adulteriũ põt dimitti quo ad thorũ.l.ſi vxor.§. diuus.ff.de adu.ſed alijs difformitatibꝫ nõ obſtãtibꝫ teneſ eã ducere:vt ĩ.c.hi,q.xxxij.q.vij.qđ no.¶ No.ex gl.in ver.quãuis.ꝙ dicto quãuis, regulr aduerſaſ p̃cedẽtibus: qnꝯ tñ apponiſ cauſatiuẽ:vt hîc.intellige, vbi ſubiecta materia hoc expoſtulat.¶ †Op.&videſ,ꝙ ſicut nõ valet pactũ,etiã iuratũ de nõ accuſãdo aliquẽ de quocũꝯ crimine:vt hîc dicit.§.illud aũt.eo dẽ modo nõ debet valere,ſi ſit de certo crimi
14 ne.Nã vtroꝯ caſu[a] inuitaſ quis ad delinquendũ & remittit dolus futurus[b] cõtra.l.ſi vnus.§. illud.&.§.pacta.ff.de pac.vbi habes tex. expreſſum.ad idẽ.l.cõuenire.ff.de pac.do.Pro.ſol.capio gl.in verbo,crimine.& in verbo,in hoc caſu.& in verbo,deſiſtat.quæ debẽt ad hoc cõiũgi:& tãgũt hoc cõtrariũ multũ tacitè & mens gl.eſt,ꝙ circa crimẽ cõmittendũ nõ valet pactũ:& ſic loquit.§.illud.l.ſi vnus.ſed circa commiſſum valet:vt hîc.&.d.§.pacta. & ſic videſ intelligere ver.quòd ſi. Aliã ſol.ſentit.d. gl.in verbo,deſiſtat,ꝙ pactũ de nõ accuſãdo de certo crimine,puta adulterij,valet quatenus tãgitur intereſſe priuatũ:vt puta,vt nõ poſsit accuſare ad diuortiũ celebrãdũ:ſed quatenus tãgit publicũ[c] nõ valet:vt in cõtrario. Ex iſta ſolutione inferſ,ꝙ ſi iſte maritus vellet accuſare de adulterio criminaliter ad vindictã publicã valet,iuraméto nõ obſtãte.Aduerte.Inn.videtur ſentire iſtas ſol.gl.& Io.An.poſt eũ recitãdo.dicit eñ ſup verbo diuortiũ,ſeruãdũ eſſe iuramẽtũ in eo,qđ tãgit rẽ vel iniuriã familiarẽ:vt eſt pactum factũ de pręterito adulterio nõ accuſando.In his aũt quæ reſpiciunt aĩam, ſeruãdũ nõ eſt.& iõ põt denuntiare adulteriũ cõmiſſum:per quã denũtiationẽ præcipiet iudex marito,ꝙ nõ cohabitet vxori,donec pœniteat:quia nõ iurauit nõ cohabitare, ſed non accuſare.Si aũt vxori adultæ nõ pœnitẽti cohabitare iuraſſet:nõ eſſet iuramẽtũ ſeruandũ. arg.xxxij.q.c.j.Imò ſi nec per preces,nec p denũtiationẽ ad pœnitẽtiã poſſet obtinere p iudicẽ,vel vxoris cõſenſũ: ꝙ ſi ceſſaret ab eiꝰ cohabitatione:poſſet tũc eã accuſare de adulterio ſecũdũ eũ.& Inn. ¶ Attẽde cõtra primam ſol.gl.quã etiã ſentit Inn.vt intelligatur tex.de adulterio iã cõmiſſo,multum facit iſte tex. in ver.quòd ſi expreſsè.qui venit aduerſatiuè ad illum.§.tñ.cũ ibi loquatur tex. de nõ accuſando de quocunꝯ crimine cõmittẽdo:ergo ver ſi.quòd ſi expreſsè.qui tãtũ aduerſatur pręcedentibus, quia loquiſ de certo crimine,debet iutelligi de crimine cõmittendo.Itẽ ſi loquere tur de crimine iã cõmiſſo,res nõ fuiſſet dubia per.d.l.ſi vnus.§.pacta.Itẽ ceſſaret arg. literæ, quatenus arguit pactũ nõ valere:quia præberetur libera peccãdi facultas.Ceſſat enim hæc ratio in crimine iam commiſſo:quia reſpectu cõmittendi tã prompa eſſet accuſatio cõtra ſecundã ſol.gl.vt intelligatur nõ reſpectu adulterij conmittendi,ſed quatenus tangitur ſpeciale intereſſe: quã etiã ſolutionem nõ apertè ſed tacitè ſentit Inn.facit multum tex. in.d.l.ſi vnus §.pacta.vbi dicit ꝙ nõ valet â principio, vt non agatur interdicto vnde vi.Nã licet reſpectu reſtitutionis verſetur vtilitas priuata: tñ quatenus pręſtatur certo modo impunitas inuitatur quis ad delinquẽdũ:quod eſt contra publicã vtilitatẽ.vt in.c.vt famæ.de ſen.excõ. & melius in.l.licitatio.§.quòd illicite.ff. de publi.& vect.Sed non dubium eſt quin vxor fiat liberior ad fornicãdum: cũ ſcit ſe à marito de adulterio ſaltẽ reſpectu diuortij accuſari non poſſe.Cũ ergo hoc iuramentũ ſit cõtra bonos mores,valere non deberet:vt in regula, nõ eſt obligatoriũ.de reg.iur.li.vj.Et ob hoc intelle ctus huius.c.viſus eſt ſemper mihi difficilis & malè,per doc.declaratur fortè.Et propter iſta dixit hîc Gul.na.ꝙ verbũ tutius,poſitũ in tex. ſtat cõparatiuè.deſignat enim ꝙ maritus non obſtãte iuramento poſsit vxorẽ accuſare: ſed tutius eſt,vt non accuſet.& fortè hæc lec.non eſſet mala:facit tamen in contrariũ:quia in dubijs eligimus,quod eſt tutius:vt in.c. iuuenis. de ſpon. ergo ſemper erit eligenda iſta via,vt non fiat accuſatio.Concludo ſic totam mate- c
riam.quòd aut intelligimus de commiſſo:& caſus eſt clarus.d.§.pacta. &.c. veniens j.de accu.Aut de cõmittendo:& tunc reſpectu accuſationis criminalis non valet pactum:nec iuramentum:quia præſtat materiã peccandi:vt in d.§.illud.&.§.pacta.Aut reſpectu accuſationis ciuilis,ſcilicet ad diuortiũ celebrãdũ ad commodum mariti: & eſt caſus dubius. Credo ꝙ ſimpliciter pactum non valeret:ſed ſi interuenit iuramẽtum eſt dubium: ideò litera arguit pro & contrà:concludẽs tamen tutius eſſe, vt accuſet,ſeu denuntiet,cũ per hãc viam prouidebitur circa delictum:& iſte obſeruabit iuramentũ.Et propter hoc datur notabilis limitatio ad.d.l.ſi vnus.& ſic magis ſtringit iuramẽtum,quã ſimplex pactum.ar.c. debitores.§. e. ti.facit quod no.Ioan.An.in Spec.de dona §.j. ver.quid ſi actum. Credo etiam,ꝙ poterit accuſare criminaliter:quia in hoc non verſatur commodum priuatum:vt.§.dixi.Et ideo non ſine miniſterio dixit litera quòd debet deſiſtere eam accuſare ad diuortium celebrandum. Et ex his habes clarum intellectum huius cap.
15 ¶ †Glv.vlti.quærit,quid ſi iſta mulier nollet corrigi ad denuntiationem eccleſiæ?Solu. Ioan.And.dixit,quòd tunc vir poteſt eam deſerere:quia videtur quaſi hæretica. Tan. fuit in cõtraria opi. vt dicitur in fi. gl. quòd non debet eam deſerere:ſed debet eam corrigere,& in vinculis tenere & caſtigare,etiam ſi mariti ſui vitæ inſidiaretur.inducit iura in ea. allega.

ſus verum dolum l.ij.C.ſi mi.ſe ma. dixe. quod dixit Bart. eſſe verũ in dolo præſumpto de pręterito:ſecus dicit, ſi eſt dolus de futuro: qa tunc minor non reſtituetur. & vide de hoc Bart. in.l.j.§. nũtiatio.ff.de ope. no.nun.
Anto.Franciſ.
¶ An dolus futurus verus, vel præſumptus poſsit remitti? dicas ꝙ regulariter non põt remitti.ſed prætritus bene põt remitti.l.ſi vnus.§.illud nulla. & ibi ꝙ Bar.& Pau.de ca. ff.de pac. & nota in.l. Aurelio.in.§. Caſus.ff. de liber. leg.& in.l. ſi quis cũ aliter.ff. de verborum obligatio. & in.l.tres fratres ff.de pac.&in.l.in cõmodato.ĩ prin. ff.cõmoda.&in oĩbus his locis per Bar.& ꝙ Bal. in.l. j.in fi.C.de vſufructu. & vide ꝙ Alexan.in.d.l.ſi vnus vbi dicit, ꝙ dolus præſumptus põt tacitè remitti, ſed non expreſsè.
c ¶ Sed tu hoc limita,quando fit pactum de delicto, quod conſiſtit in omittendo:quia illud poſſet tolli ꝙ pactum.hoc dicit glo. ſingul. ſecundum Bal.in.l. Dinus . ff. ad Sillenianum.

a ✠SEB. SAPIA. b
a ¶ Vtroꝯ caſu.Per hanc rationem ita concludit Bald.in c.§.itẽ ſacramenta.col.vlti.de pac. iura.ſir. Nunquid aũt dolus de futuro poſsit remitti, vide Iaſ.in.l.actione.circa fin. C. de tranſa. vbi ponit, an poteſt remitti per indirectũ: vide etiã And. Sicu. in.c.ſi.col.vñ.j.de donatio.Feli.in.c. c
ñ.col.iiij.ver.fallit ſextò.j.de ſi.inſt.
b ¶ Dolus de futuro per pactum remitti non põt:ſecus ſi eſſet de præterito.&adde huc dom̃.Ant.in.v.colũ.ver.opp.ꝙ pactũ non excludit facultatem &c.qđ limitat idẽ do.Anto.in.c. fraternitatis.in. xxviij. col. de te. eſſe verum in dolo vero:quia dolus præſumptꝰ de futuro poſſet p pactũ remitti. Et adde glo.not.in.l. vbi exigitur.ff.de edendo. quæ vult ꝙ minor reſtituit aduerſus dolũ pręſumptũ, licet non reſtituatur aduer

a ¶ No.j.ex gl.ꝙ maritus[a] pōt licitè ex cā mulie rē caſtigare & inuinculare.& tene menti hoc vltimum:quia tex.in.c.placuit.per quē ſe fundat hîc glo.loquitur de vxoribus clericorum adeò,quòd glo.ibi dixit illud non extendendum ad vxores laicorum.Sed gloſ. in.c.ſicut. vij.q.j.dixit maritum poſſe caſtigare vxorem ſuam,ſed non debet verberibus afficere: quia aliena illa eſſe debent ab ingenuis,vt.l.conſenſu.C.de rep. Gof.& Hoſti.hîc dicunt,ꝙ illa.l. conſenſu.procedit,niſi ex cauſa magna fiat:vt in exemplo gloſ. & niſi verbera ſint leuia.Illa enim videntur marito ex cauſa permiſſa. arg. in.l.præceptoris. ff.ad leg. Aquil. & de homi. ad andientiam. aliâs maritus puniretur ſi ſine cauſa, vl̄ enormiter hoc faciat. C.de repu.auf. ſed nouo iure. Concludo ergo, ꝙ ſecundum quantitatem culpæ poteſt maritus corrigere vxorem:ita quòd non procedat ad ſæua. Illa enim ſunt iudici relinqūenda, etiam in ſeruis proprijs.inſti.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur. §.ſed hoc tempote.¶ Secundò no.ex gloſſ.ꝙ vxor eſt relinquenda marito: licet inſidietur vitæ ipſius.Hoc puto verum,ſi poteſt prouideri aduerſus inſidias:aliâs non tenetur ſe exponere periculo mortis:vt in.c. literas. in fin. de reſtit.ſpo. Sic intellige ea,quæ leguntur & no.per doc.in.c.j.de diuor.& in.c.gaudemus. licet glo.aliter dixerit in ca. quicquid mulier. xxxij.q.v. ¶ Tertiò,quo ad principale,quæſitum gloſſ. puto, ꝙ ſimiliter poteſt compeſci & caſtigari ab inſolentia ſua.Procedat vltima opi.gl.aliâs procedat prima opi. per illud qd̄ s̄.dixi poſt Inno.¶ Vltimò op. gl. prope medium.in eo,ꝙ hîc denegatur accuſatio, & permiſſa eſt denūtiatio.& ſic quòd vna via denegatur:alia conceditur contra iura alleg. in gl. de hoc brocardo vide quod not.gl. in regula, cum quid.libr. vj.& dic,ꝙ ad alium effectum permittitur hæc denuntiatio & ad aliū denegatur accuſatio. Nā accuſatio denegatur:quia agitur ad diuortium.denuntiatio permittitur quia agitur ad pœnitentiam.

SEB. SAPIA.
a ¶ Maritus. Qūo ſit licitum marito caſtigare vxorem vide Abbatem in c.cum contingat. col.vj.ſ.de fo.cō-peten.

ZACHARIAS.
b ¶ Per creaturam. Adde Bald. in authēt.ſacramēta.C. ſi aduer.ven. Spe. in tit. de iuramē. dela.in prin. Bar. in.l. ait prætor. §. iurari. ff. de iure iur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum neceßitas,comprehendit de larga ſignificatione vtilitatem.*
2 *Exceptio iuramenti,eſt exceptio litis finitæ.*
3 *Ad ſubſtantiam iuramēti non eſt de neceßitate verbum iuro,ſed ſatis eſt,quòd interponat deum implicitè,vel explicitè.*
4 *Conuerſi monaſterij nō ſunt de capitulo,& poſſunt teſtificari pro monaſterio.*
5 *Quando duæ negationes faciant affirmatiuam, & quando negent.*
6 *An ſit licitum iurare per crucem:per Euangelium: per Angelum:& per ſalutem principis.*
7 *Ordinarius poteſt iudicare vltima die ſuæ iuriſdictionis,ſi ſucceſſor non venit, delegatus verò in diſtinctè poteſt.*
8 *Iuramentum ſine altero ex ſuis comitibus eſt ſeruandum,ſi eſt honeſtum.*
9 *De dictione amen,& kyrieleiſon.*
10 *Modus diuerſus iurandi.*
11 *Quæ ſunt ſimoniaca ipſo iure:& quæ per conſtitutionem eccleſiæ.*
12 *An indiſtinctè prohibitum ſit iurare,ceſſante vtilitate,vel neceßitate.*
13 *An ſit peccatum chriſtiano iurare per alienos Deos & an tale iuramentū ſit ſeruandum.*
14 *Chriſtianus nō peccat excipiendo iuramentum ab infidelibus ſecundum religionem eorum.*
15 *Qualiter peccet iurans ſine cauſa & iocosè.*

CAP. XXVI.

a famosis[a] & alijs criminibus non famosis, possit deferri indistinctè iuramentum. Iste tex. facit ꝓ fic. Non em̃ posset referri: nisi prius fuisset delatũ: super quo variæ sunt opi. recitabo principaliores. Spec. in tit. de iura. dela. §. j. ver. vt autẽ. dicit tàm in criminalibus, quã in ciuilib⁹ famosis iuramẽtũ necessariũ nõ esse à iudice defe rẽdũ in supplemẽtũ probationis: qa in istis req rũt probatiões luce clariores. l. sciãt cũcti. C. de proba. ij. q. viij. c. sciant. Sed iuramentum à parte parti deferri potest, etiam si sit talis causa, in qua non possit transigi: quia in delatione iuramenti, non videtur cõfiteri: sicut in transactione, sed potius negare. ¶ Secunda est opin. Accur. in. l. in bonæ fidei. C. eo. qui vt refert Ioan. And. hîc, tenet ꝓ deferri põt. Mihi tamen non videtur, ꝓ hoc teneatur, nisi fortè tacitè dando responsum, ad. l. maritus. ff. de quæstio. Sed a ipsemet Accur. in. l. maritus. simpliciter tenet in criminalibus iuramentum non deferri: sed in. l. iij. §. quacũque. ff. eo. tenet distinctionem, quam. s. dixi tenere Spe. vt à parte possit deferri: sed à iudice non. ¶ Tertia opi. distinguit, an agatur criminaliter, an pecuniariter: vt primo casu non deferatur: secundo sic. Pro vltimo facit. ff. de iniu. l. lex Cornelia. §. hac lege. sed contra hoc vltimum apertissimè tenet gl. in. c. tam literis. s̃. de testi. vbi per illum text. dicit, ꝓ vbi agitur de crimine etiam ciuiliter, non defertur iuramentum in supplemẽtum probationis: sed si reus esset infamat⁹, deberet se purgare. Quasi b velit dicere, ꝓ iuramentum purgationis possit reo deferri ad purgandam pr̃sumptionem cõtra eum ortam ex probatione actoris non plena. quod quidam plenius tenuerunt hîc, per. c. ij. de iura. calum. & j̃. de purga. can. per totum. &. C. de pœna iudic. qui malè iudic. in authen. nouo iure. ¶ Quarta est opi. Hostien. hîc, &. s̃. eo. c. mulieri. dicentis in omni causa iuramentum deferri. in reali, personali, pœnali, vel ciuili: etiam si agatur de cõditione, vel iniuria personæ, vel an mulier sit prægnans: vel an debeat fieri missio in pos. vel non: vel alia quacũq; causa. d. c. l. iij. & l. iusiurandum & ad pecunias. ff. eodem. ¶ Quinta est opi. domi. Anto. hîc: qui primò prosequitur in criminalibus: secundò in famosis. In primo dicit voluntarium & iudiciale posse deferri, etiam si deferatur actori: quia reus deferens videtur confiteri, si ille iuret. Et p illam dictionẽ etiam, sentire videtur, quòd etiam reo potest per actorem deferri: necessarium autem, si agitur de crimine ciuiliter, deferri potest: vbi causa est leuis. Quando autem dicatur leuis, patebit ex his quæ dicam j̃. in. §. sanè. Item secundum eum, si agitur criminaliter, & pecuniariter. *Si* verò agatur criminaliter, & non pecuniariter, potest deferri, contra quem est semiplenè probatum. & appellatur sacramentum purgationis: vt hîc patet. & infrà de purga. cano. per totum. & in authen. nouo iure. C. de pœna indic. qui malè iudica. Et hoc verum, vbi actor semiplenè probat: si autem plenè, reus semiplenè defensionem: putat iuramentum non deferendum etiã reo: quia esset iuramentum non purgationis, sed probationis: actori autem non defertur necessarium in defectum semiplenæ probationis: tum, quia causa est ardua: tum, quia requiruntur probationes luce clariores. & hoc di-

b cit Butri. In secundis autem scilicet famosis[b], dicit sacramentum necessarium non deferri: quia causa est ardua, & probationes requiruntur luce clariores. & sic transit. ¶ Sed ego reperio Bartolum hanc ipsamquæstionem tetigisse in dicta lege. tertia. §. quacunque. &. l. eum qui. §. in popularibus. ff. eodem. &

SEB. SAPIA.

a ¶ In actionib⁹ famosis. Vide Alexan. in cõsi. lxvj. incip. viso ꝓcessu causæ vertẽtis. in. j. vol. & in. l. iij. in princip. ff. de iureiur. & latè per Iaſ. in repeti. l. admonendi. col. xcv. versi. ex ista conclusione. & consil. xcvñ. ver. iij. ex prædicta cõclusione.

b ¶ In causis famosis nõ defertur iuramentum necessarium. Adde ꝓ idẽ tenet hic Ioã. An. & Imo. in. iij. col. & Spec. in tit. de iura. dela. ī prĩ. ver. vt aũt. cũ versi. verſ. se. Salic. in l. in bonæ fidei. in xvij. col. C. eo. Sali. & Lud. Ro. in cõsi. xxxiij. in. l. admonẽdi. ff. eo. &. d. Alex. Imo. in. l. iij. in prin. ff. eo. in. viij. col. Limita tamẽ, vt no. in. c. mulieri. s̃. eo dẽ. in pe. colũ. in addi. quæ incipit: & ita.

a ¶ Idem tenet ipſemet Abb. Panor. in c. fi. in. j. not. ad fi. ſ. quod met. cauſ. Nã dicit ibi, & in l. ſi qñ. C. vñ vi. ꝙ violẽtia debet plenè probari, etiã ſi ciuiliter agat ad dãnum, vel intereſſe. Dicit ibi Panor. ꝙ vbi ageret de modico, aut leui præiudicio, ſi violentia eſſet ſemiplenè probata p vnũ teſtẽ, poſſet deferri iuramentũ in ſupplementũ probationis. Idẽ tenet. d. Anto. de But. hîc in. ix. colũ. Et ꝙ imò in cã criminali, etiã ciuiliter mota, nõ ſit locꝰ huic iuramẽto neceſſario, vltra gl. ſolennẽ, quã adducit huc etiam iſte, & do. Anto. ibi. ſ. de teſti. Idẽ tenet Pet. de Anch. in c. j. in iij. not. de teſti. in vj. Limita tñ ex mente iſtius in. c. mulieri. ſ. eod. in pen. col. ver. quid enim ſi actor. &c. & ibidẽ notaui. Antoni. Franciſ. ¶ Circa probationem violentiæ, dicas illã poſſe probari per inſtrumẽtum, ſecundũ Io. An. in c. cũ ad ſedem. de reſti. ſpo. Quod intelligeverum, ſi inſtrumẽtum ſit confectũ de volũtate vtriuſque partis, aſs nõ: vt per Io. An. in reg. ratũ. de regu. iur. lib. vj. in trac. & p Alex. in l. in ſenatus. in prin. ff. ad Turpil. Et an præſumat ex dignitate & potentia alicuius: vide Bart. in. l. ad inui. diã. & ibi etiã per Alexã. C. qđ met. cã. & in l. ſi donationis. eo. ti. Et ad de quòd violẽtia probata per duos teſtes: pualet violẽtiæ ꝓbatæ, etiã per multos teſtes vt p Inn. in c. ſup hoc. ſ. de renũ. & Bal. in l. nec quiſ c q̃. in. §. proficiſci, ff. de offi. procon. & lega. & p Bald. in tracta. ſchiſ. in viij. col.

b ¶ Et ideò aduertendũ eſt ex legi. quas alleg. Bar. in d. l. maritꝰ. ꝙ poſſet dici, ꝙ Bar. nõ loquit in iuramẽto neceſſario, prout intellexit iſte: ſed loquit in iuramento voluntario & iudiciali: prout etiam reſpõdet hîc iſte ad. l. iij. quã alleg. Bar. Nã dictũ doc. eſt intelligendũ ſecundũ leges, quas allegãt. vt dicit ipſemet Bar. in l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de libe. lega.

c SBB. SAPIA. ¶ Satis cõe. Et ita cõiter tenet, vt per Alex. in cõſi. xv. incip. viſo proceſſu inquiſitiõis formatæ. col. xiij. in. j. volu. vide Card. in. c. tuæ. de procu. & in. c. cognoſcentes. in. vj. oppoſi. ſ. de conſti.

d ¶ Item, quia probationes tanꝙ euidentes ſufficerent ad condemnandum plenius quã alibi: in. l. maritus. ff. de quæſtioni. vbi ponit vltra prædicta ſuã opinionem, quæ erit ſexta in ordine prædictarũ. Dicit enim, ꝙ aut agit de crimine ciuiliter, aut criminaliter. Primo caſu, ſi quidẽ eſt actio priuata, locus eſt delationi iuramenti. alleg. dictã. l. iij. &. l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ff. eo. Si verò agatur actiõe popularí, remittit ad not. in. d. l. eũ qui. §. in popularibus. & ibi plenè per eũ. Secundo caſu cũ agitur criminaliter: aut loquimur de iuramento deferẽdo à parte: aut de iuramento deferendo à iudice. Primo caſu, ſi quidem accuſabitur de aliquo iudicio publico, nõ eſt locus delationi iuramenti ante lit. conteſt. quia negotiũ adhuc non eſt proprium ipſius accuſantis: vt. l. ſi cui. ff. de verb. ſigni. Item dicit poſt litem cõteſta. Ratio ſecundũ eũ eſt: quia ſi reus in lite conteſt. fuerat confeſſus, nõ poteſt ſibi deferri iuramẽtum ad abſolutionem: quia eſſet actor in manifeſta calũnia. d. l. eum, qui. §. in popularibus. Si autẽ negauerat: eſt veriſimile, ꝙ iterum negabit: vt. l. ſi cui. ff. de accuſa. ideò deferendo ſibi iuramentũ, videtur calumniari. Prætereà in iudicio publico quis videtur nomine publico accuſare, & crimen publicum agere. Sed ille qui agit cauſam alienã, non poteſt deferre iuſiurãdum: niſi ei ſpecialiter ſit mandatũ: vt in. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. fi. & . l. tutor. ff. eod. & c. qui ad agendũ. de procu. lib. vj. Prætereà ſecundũ eum, ſi quis poſſet reo deferre iuramentũ, tota materia Turpillani eſſet deſtructa: quia daretur licẽtia accuſatori deferendi iuramentum reo, & deſiſtẽdi impunè: quod tñ fieri non poteſt ſine abolitione. Et hoc vltimũ videtur etiã ſentire Cy. in. l. in bonæ fidei. C. eo. alleg. in argu. l. fin. C. de abolitio. Et idem quod. ſ. dixi: vt actor nõ poſſit deferre reo, ſentit Bar. in. d. l. eum, qui. §. in popularibus. ſi agitur de alio crimine ad vtilitatem fiſci eiſdem rationibus. ¶ An autem reus poſſit deferre actori ad condemnationem: vt quia dicit volo eſſe condemnatus, ſi actor iurabit. ſunt opinio neinter Gulielmũ de cugno. qui tenuit, quòd non: quia in criminalibus debent eſſe probationes luce clariores. d. l. ſciant cuncti. & Iaco. Bu. qui tenuit contrarium: quia qui defert iuramẽtum, videtur confiteri ſub conditione, ſi ille iurauerit. l. qui iuraſſe. circa finem. ff. eod. Sed confeſsio eſt probatio luce clarior. & hoc dictum placet Barto. Hoc etiam tenet Cyn. d. l. in bonæ fidei. Si verò ſumus in iudicijs priuatis: tunc ante, quàm perueniatur ad iudicium, poteſt quis iuramentum deferre: vt. d. l. iij. ff. eodem. ibi: ſiue pœnali. & c. & argumen. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. Sed poſtquã deuentum eſt ad iudicium, accuſator non poteſt deſiſtere: vt. l. & in priuatis. & l. ſi quis repetere. §. fin. ff. ad Turpil. Vnde dicit idem, quod in publicis. Si verò quæritur de iuramento, quod defertur à iudice in defectum probationis: tũc reo ad abſolutionem bene poteſt deferri: vt in. l. preſenti. C. de his, qui ad eccle. cõfugiunt. & dicitur iuramentũ purgationis. Actori verò ad cõdemnationẽ non poteſt deferri: quia requiruntur probationes luce clariores. d. l. ſciant cuncti. & in hoc membro intelligit gl. in. d. l. maritus. Hoc vltimum videtur etiam tenere Cy. in. d. l. in bonæfidei. ¶ Mihi placet opi. Bar. preter, qnã in aliquibus. Primò enim ſentit, ꝙ ſi agitur de crimine ciuiliter, indiſtinctè eſt locus iuramento iudiciali & neceſſario: quod mihi videtur durum. Quid enim ſi actio eſt famoſa: vt iniuriarum? dicemus ne, ꝙ iudex poſsit deferre iuramentum actori in ſupplemẽtum probationis cum tantò diſcrimine rei: vel quid ſi non eſt famoſa: ſed aliâs magna & multum præiudicialis? certè nõ eſt dicendum: nec credo, ꝙ aliter ſenſiſſet Bar. ſi diligenter aduertiſſet. Nã & in mera ciuili habetur hæc conſyderatio: vt j. §. proxi. Sed procedit eius opi. quando cauſa non eſt multum[a] preiudicialis: aliâs ſecus. Sic concordabimus gl. in. d. c. tàm literis. cum opi. ſua & aliorum. Hoc etiã videtur in. d. c. tàm literis. ſentire Hoſti. dum limitat illam gl. niſi ageretur ciuiliter ad pecuniæ condemnationem, quaſi ſecus ſi immineret aliud perſonale præiudicium: puta infamia. Dico etiã, quòd reſpectu condemnationis pecuniariæ, debet fieri diſtinctio præmiſſa. & not. illã opi. Hoſti. Nam hîc loquitur magis largè. Et ad. l. iij. ſuper qua ſe fundat Bart. poteſt dici, quòd loquitur in iuramento[b] deferendo à parte, nõ à iudice: vt ibi apertè ſentit gloſſ. ¶ Secundò non placet dictum Bart. quatenus indiſtinctè dicit, quòd ſi agatur de crimine criminaliter, non poteſt actor deferre iuſiurandum reo. Sed dicerem ſic: quòd in caſibus, in quibus licitũ eſt tranſigere, poteſt deferri reo iuramentum per actorem, ſaltem reo conſentiente: cum huiuſmodi delatio habeat vim cuiuſdam tranſactionis. l. ij. ff. eo. Et pro hoc facit iſte text. in verſi. nec licet. & d. l. lex Cornelia. §. hac lege. ¶ An autem actor ex hoc incidat in Turpillianum, vt condemnetur pecuniariter, dicerem ſicut dicitur in ipſa tranſactione: iuramentnm tamen poterit deferri, & impedietur proceſſus ad inſtãtiã ipſius actoris. De quo remitto ad not. per Bar. in. l. tranſigere. C. de tranſac. & c. fi. ſ. eo. titu. Et vtrobiq; plenè not. an & quando licitum ſit in criminalibus tranſigere. & ij. q. iij. c. ſi quem. §. præuaricator. verſi. in omnibus. in tex. & glo. ¶ Tertiò quatenus dicit Bar. & multi alij, quòd reus poteſt actori indiſtinctè deferre iuramentum: quia videtur confiteri, ſi ille iurauerit. Ego de hoc dubito: quia non eſt verum ꝙ reus ſimpliciter confiteatur: imò potius negat: vt dicit Spec. in loco ſuperius allega. & videtur deferre iuramentum ſub quadam confidentia, quòd ille confiteatur contrarium vigore iuramenti. Ad hoc enim defertur iuramentum. vnde ſubmittit ſe & corpus ſuum dicto vnius, etiam aduerſarij: quod quidem nõ videtur poſſe facere: quia nemo eſt dominus membrorum ſuorũ. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & c. contingit. de ſent. excom. Ad puniendum autem aliquem corporaliter: & maximè capitaliter, requiritur clara confeſsio. l. j. ff. de quæſtio. vel probationes apertiſsimæ vt ipſe reus vix negare audeat: vt in. l. qui ſentẽtiam. C. de pœnis. Neutrum autem contingit in caſu noſtro. Ad idem etiam facit. l. non tantùm. ff. de appella. vbi dicitur, quòd in cauſa corporali poteſt quilibet appellare etiam reo inuito: quaſi non poſsit conſentire iniuſtæ condemnationi. Ita in propoſito, ex quo iſte directè non confitetur crimen, videtur quòd nõ poſsit ſe ſubijcere dicto vnius: & maximè aduerſarij. Et ſic fortè opin. Guli. de cug. eſt verior, licet ipſe non moueatur bonis rationibus. ¶ Vltimum dictum Barto. quod eſt ſatis commune[c], placet: vt ibi agatur de crimine criminaliter, non ſi per iudicem deferendum iuramentum actori in ſupplementum probationis. Adduco rationem: quia in criminalibus[d] debent eſſe teſtes omnino ſine ſuſpicione: vt etiam aliquatenus domeſtici repellantur, qui aliâs admitterentur in ciuilibus: vt probatur. xiiij. qõne. ij. c. ſuper prudentia. & legib. & no. iij. qõ. v. c. j. Ergo fortius ipſe accuſator, non debet admitti ad faciendum aliquem gradum probationis: tum, quia præſumitur inimicus. de reſtit. ſpolia. c. item cum quis. ij. qõ. vij. c. ſi quis. Tum, quia de facili iuraret contra reum: vt euitaret pœnam calumniæ.

14 & hæc ſufficiant de hoc articulo. ¶ † Et per hoc determinatur

quæſtio

puta,quia sunt violentę,in criminalibus non sufficerent. Item signãter tenet idem Abb.Panor.in c.ñ.de prę sumt.& do.Anto.in.c.quanto. eo. tit.Host.& Inn.in.c.quia verisimile.eo.tit.Bal.in.l.fi.in vlti.col.C.de ꝓba.Lud.Ro.in,l.si quis in villa.ff.ad Sill.do.Alex,imo.in cõsi.xv.inci. viso processu inquisitionis formatæ per potestatem Parmæ.&c.in.v.co.

Item in criminalibus nõ credit testibus nõ assignãtibus sufficiẽtem cãm dicti sui: licet non interrogãti.Ita no.Salic. i.d.l.fi.&.d. Alexan.in præall.cõ si.in.viñ.col. Et quòd non deferatur istud iuramẽtum necessarium in criminalibus, est cõmunis & vera opi.quã tenẽt cõmuniter gl.& doct.in.l.iñ.ff.eo. in versi.agaꝯ.glo. & Bar.in.l.maritus.ff.de.q.& gl. hic in versi.famosa.& gl.fi.in c.cũ sint partũ.de re. iur.in.vj.& gl.iñ. in.c. tam literis. de testi.Hosti.in sum.huius titu.§. vtsuper.ver.quid si criminaꝯr. Archid.in ca.si quis presbyter.ñ.q.v. Spe.in ti.de iura. dela.in princi.in ver.vt autem plenius instruaris. Bar.in.l.fi.ff.de ꝛlit.iur.& in.l. eũ qui.§.in popularibus.in.j.col.ff. eo.Bal.in.l. iudices.in op.C.de iudicijs.licet cõtrarium & malè tenuerit glo.ñ.in.l. ñ.& in.l.in bonę fidei.C.eo.& idẽ Bald.sibi contrarius,in.l.qui accusare.C.de eden.

SEB. SAPIA.

a ¶ Debet absolui. An reꝰ debeat absolui ipso reo nõ petente,videBar. in.l.j.colũ.iñ.ver. quæro,quid si nõ dico.ff.de excep. Moder.in.l. qui accusare. C. de edendo.

b ¶ Et ibi vide gl. magistram ponẽtem aliquos casus in qbus fallit hęc regula.&ibidem per Panor. Inno. & alios no.Spec. in.§.probare. in ver.nunc ad ꝓpositũ.de probatio. Vide etiã per eũ dẽ Spe. proponẽtẽ.xj.casus,in quibus fallit ꝑdicta quæstio,quã ponit Cy.in.d.l.in bonæfidei. & do.Ant.hîc,videlicet præsuppositò, quòd actor possit reo in istis criminalibꝰ deferre iusiurandum,vtrum ex hoc incidat actor in talionem:de qua plenè legi.& nota.in . c .super hiſ.de accusa.& no.in.d.l.athletas.§.calumniator.ff.de his,qui notan.infa.Et intellige eo casu,quo reus iurauerit illud crimen non commisisse.& videt primò,ꝙ si per id,quod habetur.ij.q.iij.c.qui nõ probauerit.& in.l.fi.C.de accu.Contrarium tenent hîc Io.an.ar.ff.de iureiuran.l.eum qui.in prin.&.C.de plus peti.l. vna.& de præben.c.si beneficia.li.vj.do.Ant. limitat hoc in iuramento voluntario & iudiciali à parte delato.& in hoc casu propriè loqꝫ tur Io.and.In necessario aũt actor non releuabitur ab illa pœna secundum eũ:nisi dicatur semiplenam probationem dedisse iustam cãm litigandi,vel infamiam præcedentem.j.de calũ. c.ij.& quod ibi no.de elec.c.cum dilectus.Dico,ꝙ licet in priori casu euitet pœnam taliõis, non tamen euitat pœnã Turpillia.quæ est qn que librarum auri.Non enim potest negari, quin deferendo iuramentum reo,desistat ab accusatiõe:quo casu incidit in Turpillianum. l.ab accusatione.ff.ad Turpill.vbi dicitur, ꝙ desistere videtur,qui cõponit cũ aduersario. Pœna verò Turpilliani nõ est similitudo supplicij:sicut pœna talionis:sed pecuniaria cum infamia.De quo dic vt legitur & not.in.l. prę uaricationis.cũ.l.se.ff.de prævarica.Ad prædicta facit quod no.Bar.in.l.transigere.C.de trãsac.vbi vult,ꝙ trãsigens super crimine licet euitet pœnã calumniæ:non tamen pœnam Turpilliani.Ita dicendum in casu nostro: cum ex delatione & susceptione iuramenti,fiat quædam transactio:vt.l.ij.ff.e.Si verò iudex detulit iuramentum reo,quia actor fecit quicquid potuit,& non probauit,dic,ꝙ ex hoc non excusatur actor à pœna calumniæ:nisi alijs apertissimis documentis excusetur:vt dicit bo.tex. iu.c.j.de electio.lib. xj.in fine. ¶ † Et dicit,ꝙ fama publica,quæ erat tempore accusationis cõtra accusatum,est legitima causa credendi: & excusat accusatorem à falsitate & calumnia: vt not.dicit Bar.in.l.ij.C.si seruus,vel lib. ad decurionatum aspi.li.x.argu.l.j.C.de testamẽ. & facit.c.infamis.§.verũtamen.iij.q.vij.Est enĩ hoc euidentissimum documentũ:& idẽ de semiplena probatiõe & similibꝰ.& hęc no.Abb.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non defertur reo,quando actor nil probauit.*
2 *Reus non tenetur aliquid probare ad absolutionem cõsequendam.*
3 *Iudex habet necesse deferre iuramentum necessariũ.*
4 *Verbum oportet,denotat necessitatem.*
5 *An purgationes sint arbitrariæ.*
6 *Quando dicatur actorem nil probasse?*
7 *Quando dicatur plenè probatum.*
8 *An semper recurrẽdum sit ad iuramentum,dato aliquo gradu probationis.*
9 *Cui deferendum sit iuramentum in defectum,scilicet an actori,an reo.*
10 *An iuramentum sit deferendum,quando actor plenè probauit,& reus semiplenè,& cui sit deferendum.*
11 *Vnus testis facit semiplenam probationem.*
11 *Casus,in quibus vnus testis non facit semiplenã probationem.*
13 *Domestica scriptura & fuga rei,faciunt semiplenam probationem.*
14 *Dicta testium & sententia inter alias personas, faciunt semiplenam probationem.*
15 *An pars debeat petere,vt hoc iuramentum sibi deferatur.*

Sanè. ¶ Quia suprà dixerat de iuramento deferẽdo à iudice & parte,ne aliquis crederet hoc iuramẽtũ indistinctè posse deferri,subijcit hunc.§.in quo ponit notabilem & solẽnem limitationem.Et hoc intendit.Actor enihil probãte reus est absq; omni onere absoluendus.Si verò præsumptio est pro eo,defertur reo iuramentũ,vel ipsi actori consyderatis personarum & causæ circũstãtijs.Et potest diuidi in duas partes.In prima ponit regulã.In secunda eiꝰ determinationẽ.ibi:*præsumptione.* ¶ Casus literalis.Dicitur, ꝙ si actor oĩno deficit in probatione,reus debet absolui,quãuis nil probet sed si præsumptio sit pro actore,reo põt deferri iuramentũ ad tollendã illam præsumptionẽ & suam innocentiam ostendendam.Et hoc est verum,nisi iudex cõsyderatis circũstãtijs personarũ & causæ videat iuramentũ illud deferẽ
1 dum actori.Ber.¶ †Not.ibi: *& si nihil.&c.*ꝙ actor nihil probãs,nõ põt reo inuito deferre iuramentum:sed debet purè reus absolui.hoc probat illud verbũ,& si nihil.&c.Nã,vt faciat ad titulũ,debet intelligi etiã de iuramento, de
2 quo plenius dixi.ñ.e.c.in prin.¶ †Secũdò not. ꝙ reus nõ tenetur aliquid ꝓbare ad absolutionẽ cõsequẽdã.sed actore nõ ꝓbãte,debet absol
a ui.[a]Cõcordat.c.vnũ.[b]vt eccle.benefi.&. l. qui
b accusare.C.de eden.&.l.fi.de rei vendi.&.vj.q. v.ca.fi.¶ No.iij.iuncta gl.fi.ꝙ vnus testis dicitur facere præsumptionẽ.& vide bo.tex.in .c. sup eo.§.j.ñ.de testis.vbi dicit,quòd facit prę sumptionẽ nõ modicã.& est ille bo. tex.maxi
3 mè ad infrà dicenda.¶ †Quartò no.ꝙ iuramẽtũ nõ est de necessitate deferẽdũ reo, vel actori,etiam ꝑsumptiõe faciente ꝓ actore,sed iudex habet hoc arbitrari consyderatis circũstãtijs causæ & ꝑsonarũ.Et ꝓ hoc facit verbũ potest,positũ in tex.Nã nõ quicquid iudicis potestati relĩquitur,iuris necessitati subijcitur .l. nõ quicquid.ff.de iudi.&.c.cõsuluit.de offi.de leg.Et hoc voluit Host hîc, qui videt voluisse hoc fore arbitrariũ,nedũ in cui deferendo, sed etiã,an deferat.Dicit Io.and.ꝙ qdã habentes in.l.in bonæfidei.C.e.literã:oportet .tenẽt cõtrariũ.sed ipse dicit habere verbũ põt.& sic cõcordat huic.& fic videt trãsire cũ opi. Host. Sed doc.iuris ciuilis ĩ.d.l.in bonæfidei.& Bar.
c ĩ.d.l.admonẽdi.[c]tenẽt cõtrariũ,qa tex.ibi dicit oportet,& ideò si iudex nõ defert:vbi ad hoc
d cõcurrũt necessaria,poterit appellari[d]secũdũ regula,in.d.ti.de probat.in prin.quasdã fallentias,etiã ponunt Ia.bu.Bal, & Salice.in.d.l.qui excusare.

c ¶ In vltima co.& dicit ibi Pau.de ca.in.vj.col.quòdista est cõmunis opi. Et ex hoc habes ,ꝙdicitur iuramentũ necessariũ,tam ex parte iudicis, ꝙ necesitatur deferre,quã partis,quę necesitatur subire.Nec posset referre vt.ñ.eo.c.in prin. Intelligetiñ verũ iudicẽ necesitari, si petat à parte:secundum eundem Bar,in.d.vlti.col. & hoc per istum tex.in fi.& ꝙuis multi in hoc contradicant,Bar. tñ vera & communis est cũ Bart.ꝙ requirat expressè,& ꝙ petatur à parte:nec iudex ex officio posset deferre.Et formã petitionis huius iuramenti,vide ꝑ Sali.ibi in.d.l.admonẽdi.& in .d. l.in bonæfidei.in pe.col.circa fin.in v.q. Et idẽ dicas in iuramento in litẽ.ꝙ iudex necessitetur illud deferre prout not. Rapha.ful.& domi. Alex.in.l.numis. ff.de in litem iurã.per illũ tex.in ver.non oportet. Intellige concurrentibus requisitis notatis ꝑ Bar. in.l.in actionibꝰ. in eo.tit.de in li. iurã.Sed ex causa bene posset iudex non deferre.l. videamus.§. deferre ine.tit. Sicut etiã in isto iuramento necessario, quod ex causa potest iudex non deferre.

SEB. SAPIA.

d ¶ Potest appellari. Vide ad hæc Feli.ĩ.c. exceptionem.col.iij.j.de exceptio.vbi tangit: quando possit appellari ex eo, quòd iudex non vult imparti officium suum in arbitrarijs.

a ¶ In.ñ.col.In.q.j.
b ¶ Et illã deciſionẽ ſnno.refert,& ſequit Spec.in.§. nundvidendũ.ver ſi.illud aũt.in ti. de ſnĩa.& cũ Bar. tenet Ange.& .d. Alex.Imo.in.d.l. admonendi.vbivi de.& per do.Mat the.de Matteſi .li mitantem dnplici ter in ſuis no.in no.xix.
c ¶ Et ita etiã declarat quo ad lit. cõte.Paul.de caſ. in.d.l.admonendi.xñ.col.ff. eod.
d ¶ Imò aliud operaẽ,ꝙ etiã habet vim termini peremptorij ad audiẽdã ſnĩam.& ideo iudex in vltĩa die termini poterit reũ diffinitiuè ab ſoluere actore aliter perẽptoriè nõ citato.Ita ſignanẽ & ſingulariter in quit Bal.in auẽ.ei q.in.j.col.verſ. q̃ro nunqd abſens vltima die.&c.C. de tẽpo.app.ppe tuò not.&vide ẽt Bal.in.l.qante .ff. de verb.oblig. & hoc dictũ Bal. refert, & ſequitur Pau.de ca.in .d.l. admonendi. xiñ. col.facit qd' not. gl.in cle.j.de ap.& p Bar.in l.itẽ illã. in prin.ff.de conſti.pecu.

SEB. SAPIA.

e ¶ Sed nunc quæro. De hoc acticu. hoc,vide Bald .in c.j.qui teſtes ſint neceſſa.ad probã dãnouã inueſtituram.in vſibꝰ feudo.& Ange.in diſputa .ſua incipi. Aſtenſis miles.co. xxjx.vbi dicunt, ꝙ,eſt arbitrarium iudici,cui velit iuramentũ deferre, an actori, an reo. ſedverior eſt opi. quã refert & ſeqt̃ Abb.hîc,ꝙ cõſyderari debeat conditio cauſæ & perſonæ:quã dicit eſſe cõem do.Iaſ.in d.l. admonendi. col.cxiñ.verſi.tertia & vltima principalis opinio.

f ¶ Cui deferendũ ſit iuramẽtum neceſſarium,an actori,an reo.Et vide per d.doct.poſt gl. in.l.in bonæfidei C.eo.& preſertim per Cy.ibi in.vñ. &.viñ.q.& latius Sali.in.xiiiñ.col. ad fi.&.iiij.ſeq.& gl.in.c. cum ſint partium iura. de regu.iur.in.vj.& in.c.j.in fine. de gra.ſuc.in feu. & gl.in ver.iureiurãdo.§.ſi verò pecuniæ.& ibi Ang. ĩ §.ſi verò vſusfru.ĩ auẽ.de nup.aliqd gl.in.l.maritus.ff. de qõ.Spec.in tit. de iurã.dela.ĩ ver. vt autem plenius inſtruaris.cũ ver. ſeq.Et de hoc vide latiſsimè p Ludo.Ro.in repe.l. admonendi.ff.eo. in.xxx.col.verſi. vltimò reſtat animaduertendũ. & plenè & egregiè per do.Iaſ. May. ibidẽ ſuper gl.magna in verbo exacto.in fi.in.xcix. col.& per Bal. in c.cum eccleſia ſutrinã.de cauſa poſſeſ.& proprie. & per do.Abb,in.c. in omni negotio. ŝ.de teſt.

eos,quod mihi ſatis placet.Nam ſicut poteſt appellari quando defert habenti iuſtã cauſam non iurandi.l.generaliter.C.eo.ita,quando nõ vult deferre ſuggerente legitima cauſa. Et vidi in aliquibus libris,ꝙ tex.in.d.l.in bonęfidei dicit,ꝙ propter probationum inopiam:litem cauſa cognita per iuſiurandum decidi oportet.& ſic inducit neceſsitatem.¶ † Et nota ex hoc dicto doctorum,ꝙ verbũ oportet :inducit neceſsitatẽ.facit.viij.q.j.c.oportet.Ad iſtũ tex.dico,ꝙ dat arbitriũ in deferendo reo, niſi cõſyderatis circũſtantijs.&c.& ſic inſpecto fine loquitur de arbitrio in cui deferendo. ¶ † Itẽ debet reduci iſte tex.ad terminos illius l.in bonæfidei.d.Anto.dicit ſibi placere opi. Legiſtarũ in iuramento neceſſario.opin.verò Canoniſtarũ procedit in ſacramento purgationis:quia in cauſa criminali purgatiões ſunt arbitrariæ.Hoc vltimũ nõ eſt verũ:quia licet purgationes ſint arbitrariæ reſpectu numeri compurgatorũ:non tamen reſpectu purgationis iudicendæ, vbi cã ſuggerit.ſic loquitur .c. omnibus.ij.q.v.facit.c.ij.de purg.ca.&. c .inter.&.ij.q.v.c.presbyter ſi à plebe.¶ Opp.ꝓcõtra text.videtur emꝫ ꝙ nunquã ſit locus delationi iuramenti.Aut enim actor plenè probat:& reus debet condemnari.ŝ.de probat .c. ſicut.Aut non probat:& reus debet abſolui. l. qui accuſare.C.de eden.gl.fi.tacitè ſentit cõtrarium,& non formaliter reſpondet.Tu dic ar. non procedere,quia fit à partibus nõ ſufficiẽter enumeratis.Dic enim:ꝙ aut actor plenè ꝓbat,& debet obtinere,aut nihil probat,& reꝰ abſoluitur etiam ſine iuramento.Aut aliquid probat,ſeu eſt aliqua pro eo præſumptio & recurritur ad iuramentum:vt hîc.& in.d.l.admonendi.& .l.in bonæfidei.& ita in eis nota.& ſic ſuppleas primam partem gloſſę.¶ † Circa quã primò quæro,qñ dicatur actor nihil probaſſe ad hoc.vt reus poſsit diffinitiuè abſolui.Reſpondeo,vt notanter dicit Bar.in.d.l.admonẽdi. [a]Quandoq̃ enim iuriſdictio iudicis,aut inſtantia cauſæ habet terminum præfixum à lege & tũc ad hoc,ꝙ dicatur actorem nihil probaſſe,ad effectum vt poſsit ſequi abſolutio diffinitiuę,eſt neceſſe quòd ei ſit ſtatutus terminus ad probandum.quia ſi ſtatutus non eſſet,puta quia ſemper fuit abſens:tũc nõ diceretur actorem nihil probaſſe,ſed diceretur nihil ſufficiẽter attentatũ eſſe:& ſequeretur abſolutio ab obſeruatione iudicij:non à cauſa:vt.C.de iudi.l.properandum.§.& ſi [a]quidem.& dixi in .c. prout.de dolo & contu.& nota.per Innoc.in ca.conſuluit.de offi.delega.Quandoq̃ iuriſdictioni,ſeu inſtãtiæ ſtatutus eſt terminus à partibus,vt in compromiſsis fit tota die:vel deputatur iudex cũ certo termino de cõſenſu partium.Ethoc caſu terminus appoſit[a],habet vim termini peremptorij dati ad probandũ,ita ꝙ ſi actor intra terminum nihꝫprobauerit, reus debet abſolui.& de.h.d.eſſe caſum in .l. ſi de meis.§.fi.ff.de arbi.iuncta gl.ſuper verbo,nondum liquere.Allegat etiam Inno.[b]in.d.c. ſuper eo.ij.de appel.hoc vltimum eſſe valde ſingulare:ſed nõ puto verũ,aut ſaltem magnam reſtrictionem expoſcit.Et primò reſpectu arbitrorũ põt procedere quandocunq̃ data abſentia partiũ nõ põt arbiter pronuntiare,niſi ꝫfuerit in cõpromiſſo dictum:vt.l.diem proferre.§. ſi quis litigatorũ.ff.de arbi.ſed committitur pœna cõpromiſſi:vt ibi.& in.l.ij.C.de arbi.& ibi p Bar.Itẽ oportet,ꝙ lis ſit conteſt. [d]aliâs non valeret ſnĩa diffinitiua:maximè in iudice delegato,vt per totũ titulũ,vt li.non cõteſt.Oportet ergo,ꝙ dictũ Bar.reſtringatur & intelligaẽ ꝙ ſeruatus fuit ordo iudiciarius & corã arbitro partesſunt preſentes tẽpore pronũtiatiõis. vñ terminus appoſitus ab hoîe operatur ſolùm[e],vt habeat vim termini peremptorij dati ad probandũ:nõ aũt ſupplet defectũ aliarũ ſolennitatũ.& ſic intellige oĩa allegata per Bar. & Inno.¶ † Secundò qũæritur,qñ dicitur plenè probatũ.Solu.Bar.multum inſtat in.d.l. admonendi.&vide quod dixi in.c.tertio loco.de proba.in fin.Et in ſumma ſic,ꝙ tũc eſt plenè probatum:qũ iudex ex his,q̃ ſibi oſtenſa ſunt, eſt adductus ad fidem & credulitatẽ eius, qd̃ intenditur.ff.de teſti.l.ad fidẽ.& de proba.l.qn quaginta.in fi.Et qualiter adducatur ad iſtam fidẽ & credulitatẽ,nõ põt dari certa doctrina. Et qñq̃ adducitur p teſtes,qñq̃ per p̃ſumptiones,qñq̃ p cõfeſsionẽ,& partim p p̃ſumptionem.de ſucceſ.ab inteſt.c.fi.ŝ.de ꝓbatio.c .cũ cauſam.& vide qd̃ dixi ibi.& in.l.iij.ff.de teſti. ¶ Ex his põt,elici qñ dicit ſemiplenè probatũ vel minus quã ſemiplenè:vel magis. Nã dicit ſemiplenè,minus,vel magis : habito reſpectu ad extremũ gradũ probationis,ſcilicet ipſam fidẽ & credulitatẽ.¶ † Tertiò q̃ro:nũqd ſemper ſit recurrẽdũ ad iuramẽtũ dato aliquo gradu probationis.dic,ꝙ ſic cauſa cognita,vt dicit tex.in.d.l.ĩ bonæfidei.Poſſet etiã eſſe ita leuiſsimum indicium ꝓ actore,vt nõ eſſet locus huic iuramento.Et fortè ob hoc dicit tex.hîc, põt ad.&c.nõ emꝫ hîc determinat qualis debet eſſe p̃ſumptio,ſed in gñe loquit̃,ꝙ p̃ſumptiõe faciẽte pro actore,põt deferri iuramẽtũ:p̃ſumptionis aũt infinitæ ſunt ſpecies,vt no.ŝ.de p̃ſump.c.quãto. Tñ eſt aduertendũ,ꝙ ſi p̃ſumptio pro actore nõ facit ſemiplenam,non põt deferri iuramẽtũ actori.Ratio eſt in prõptu: quia ipſe actor,maximè in cã propria non põt facere vltra ſemiplenã:& ſic nõ põt reſultare plena probatio.quod etiã ſentit Bar.in.l.in bonæfidei.Sed tunc,ſi videbitur iudici deferetur iuramentũ reo ad purgãdũ illam præſumptionẽ,vt hîc.& pro hoc.c.tâm literis. de teſti.in d.l.in bonæfidei.vbi generaliter dicitur ,quòd propter probationum inopiam recurritur ad iuſiurandum.¶ † Sed nunc quæro,[e]cui deferẽt[f] iuſiurandum actori,ſcilicet an reo præſuppoſito,quòd actor habeat ad minus ſemiplenã pro ſe.Sol.hęc gloſſ.fin.in ſecunda parte ſui attingit tacitè hoc dubiũ:& clarè nõ decidit,ſed dicit,ꝙ quandoq̃ reo,quandoq̃ actori,videtur tamen magis velle,quòd reo regulariter . ſed actori ſi viſum fuerit iudici:& habeat pro ſe vnam bonam præſumptionem,vel vnum bonum teſtem,& quãtitas non ſit magna. Et ſic ſentit,quod ſuprà dixi,videlicet non deferendum actori:niſi habeat pro ſe ad minus ſemiplenam probationem:ſed reo ſic:quia ſibi deferetur nõ ad complendam probationem,ſed ad purgandam illam præſumptionem.Et ſic non eſt neceſſe:quòd concurrat ſemiplena,ſed ſufficit qualiſcunque vrgens,ne remaneat ſuſpicio contra eum.Et in principali quæſtione cui ſcilicet ſit deferendum , quot capita , tot

tot reperiuntur ſententiæ. Hoſtien. clarè non eligit, ſed videtur velle, ꝙ reo, niſi eſſet vilis & conſueuiſſet deierare, vel neſciret veritatem, quia ex facto alieno litigat. Tũc enim eſſet deferendũ actori, ſi habet vnum bonum teſtem pro ſe: & eſt bonę famæ, & cauſa non eſt magna. Et dicit cauſam magnam, vel paruam: ex qualitate perſonarum & regionũ. & ſic intelligit tex. dũ dixit, iuramentum deferendũ reo, niſi conſyderatis circunſtantijs deferat actori. Et hanc opi. ſentiũt gl. cõmuniter iuris ciuilis: vt no. in. l. admonendi. & in. l. in bonæfidei. prę alle. Abbas refert hîc Odof. dixiſſe deferẽdum ei: pro quo facit ſemiplena præſumptio: cuius virtute defertur, vt aliquid ſibi proſit. argum. ff. de lega. j. l. ſi quando. Ad iſtum text. dicit, ꝙ procedit quando reus eſt honeſtior, & melius nouit veritatem. Dicit etiam, ꝙ ſi actor ſemiplenè probauit intentionem, & reus ſemiplenè defenſionem, adhuc deferretur reo dato, ꝙ in omnibus ſit paritas, quia reus eſt fauorabilior. & iura ſunt promptiora ad abſoluẽdum, quã ad condemnandũ. &c. de proba. c. ex literis. Et idem Gul. in *Spec.* de iura. dela. ad fi. ver. quid ſi actor. vbi etiam recitat ſuper hoc quatuor opi. Cy. in. d. l. in bonęfidei. dicit doc. tenere quatuor attendenda in præeligendo, ſcilicet cui deferatur. Primò attendenda eſt conditio perſonæ. Secundò natura cauſarum. Tertiò quantitas rerum. Quartò qualitas factorũ. ¶ Conditio perſonæ attenditur circa legalitatẽ: vt legaliori deferatur. Legalitas aũt iſta cõſyderatur ex origine, & rerũ accidentia. Ex origine perſonæ, quia ſi eſt natus ex bonis & legalibus parentibus, præſumitur bonus & legalis: vt. ff. de ędil. edi. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. melius facit. l. quiſquis. C. ad legẽ Iuli. maie. & vj. q. j. c. verũ. §. ſi quis cũ militibus. iuxta illud, Sæpe[a] ſolet filius ſimilis eſſe patri. ¶ Ex rerum accidentia: vt ex diuitijs, vel paupertatibus. nã pauperes facilius deierãt, quãm diuites. ff. de teſti. l. iij. &. iiij. q. iij. c. ſi teſtis. §. teſtium fides. qđ procedit in diuitijs iuſtè acquiſitis. Si autem quæſitæ ſint per vſurariã prauitatem, vel rapinam, non eſt ſic præſumẽdũ, quia ſicut damnauit euimam ſuam in acquirendo: ſic eſt nunc præſumendũ, quod deieraret, vt obtineret in cauſa. argumen. c. ſemel malus. de regu. iur. lib. vj. ¶ Secundò principaliter attenditur natura cauſarum, vtrũ ſint criminales, vel ciuiles exigentes perſpicuam probationem. de his dixi. s̃. eod. in prima parte. ¶ Tertiò attenditur quãtitas rerum: vt ſi magna ſit res, quæ petit opus eſt maioribus indicijs. Magnitudo autem: vel paruitas rerum attendenda eſt ſecundum eum ex conditione perſonarum litigantiũ & ex diuerſitate locorum. Nam in quibuſdam locis res vilis reputatur precioſa & cara. xciij. diſt. c. legimus. ¶ Quartò debet attendi qualitas factorũ: vt magis ſcienti factũ deferatur iuramẽtum, quàm ignoranti. ff. ad velleia. c. quanquã. &. l. Marcellus. §. j. ff. rerũ amotarum. Si verò omnia hæc ſunt hincinde æqualia, cui ſit deferendum? Refert ipſe quoſdam dicere, ꝙ aut vnus petit, quòd ſibi deferatur, & alter non, & tunc nõ patenti eſt deferendũ, quia iſte qui ingerit ſe, eſt ſuſpectus. ff. de procu. l. quæ oĩa §. j. Aut vterꝙ ſe ingerit, vel neuter, & tunc actori dicunt deferendum, qui laborauit in probã do ſemiplenè. Hæc ratio non placet Cy. quia non eſt hæc renumeratio facienda. Nam ſi actor nihil probaſſet quantuncunꝙ laboraſſet, nulli deferretur iuramentum. refert alios dicere reo eſſe deferendum: quia fauorabilior. Et quòd actori non ſit deferẽdum, videtur: quia nemo eſt teſtis idoneus in cauſa propria. iiij. q. iij. in. d. c. ſi teſtes. §. omnibus. vnde Azo habuit pro abſurdo ex hac ratione, vt ipſi actori deferatur. Refert etiam Cy. Canoniſtas dicere, quòd reo ſit deferẽdum. Refert vltimò Pe. quem ipſe ſequitur, tenere vt omnibus exiſtentibus partibus, actori ſit deferendum, & non reo. Probat hoc ratione: quia iuramentum eſt deferendum ei, de quo veriſimile eſt, ꝙ minus facilè perieret. argu. in. l. ij. C. de indic. vi. tol. facit. c. clericos. de coha. cle. & muli. Sed magis eſt veriſimile, quòd deieraret reus, quã actor: quia grauius eſt perdere, quã non acquirere. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. in. l. ij. ff. de dona. inter virum & vxo. Bar. in. d. l. admonendi. dicit, ꝙ aut actor habet pro ſe tantũ, quod facit ſuſpicionẽ, nõ præſumptionem, vel ſemiplenam ꝓbationem: & tunc nunquã ibi defertur iuramentũ: quia iuramentũ ſuum non perficeret probationẽ: vt. s̃. dixi. Sed iſto caſu deferť reo ad purgationem ſui. allegat iſtum text. & hoc prodeſt actori: quia admittitur, etiam poſt ſententiam ex nouis inſtrumentis. d. l. admonendi. & dixi. s̃. in prima parte. Idem dicit in reo, ſi actor plenè probaſſet intentionem ſuam: & reus probaſſet ſolutionẽ per aliquod indiciũ leue. Non enim defertur iuramẽtum ipſi reo: quia nõ perficeret probationem ſuam: ſed defertur actori eadem ratione, qua ſuprâ. Si verò actor haberet ſemiplenam probationẽ: tũc ſi quidem actor neſcit veritatẽ per verã ſcientiam, quæ habetur per ſenſum, poſito ꝙ ſciret per firmam credulitatem: nõ deferretur ei iuramentum. quod videtur tenere glo. in. d. l. in bonæ fidei. Ratio, quia hoc procederet etiam in extraneo teſte: cũ habeat deponere de his, quæ percepit ſuo ſenſu. l. teſtium. C. de teſti. & iij. q. ix. c. teſtes. multò fortius in facto ꝓprio: & hoc caſu defertur reo. Si verò actor haberet perfectam ſciẽtiam de eo, quod quæritur: vt quia agit de mutuo per ſe facto: & tũc ſiqdẽ ipſe eſt vilis[b] perſona, vel aliâs infamis: tũc non deferť ſibi iuramentum eadem ratione: quia etiã ſi eſſet extraneus teſtis huius cõditionis, nõ perficeret probationẽ. & ſic deferť reo iuramentum. Idem dicit econtrà, ſi reus probaſſet defenſionem ſuam ſemiplenè, & actor probaſſet intentionẽ ſuam plenè: non deferť iuramentum reo, eo caſu, quo ſuprà dixi non deferendum actori. Sed ſi omnia iſta ceſſant: quia cã nõ eſt magna & actor ſcit plenè veritatẽ, & eſt perſona honeſta: ſi habet ꝓ ſe vnũ bonũ teſtẽ, deferť ſibi iuramentũ, & ꝓficiet ꝓbationẽ. Et idẽ ecõtrà, ſi reus ſemiplenè ꝓbaſſet defenſionẽ ſuã: tunc ſibi deferť iuramentũ ſecũ dũ illã regulã: in ore duorũ, ſcilicet dicẽtis & teſtis adhibiti, ſtat oẽ verbũ. Per quã regulã reſpondet ad illud abſurdũ Azo. videlicet, ꝙ quis nõ debet eſſe teſtis in cauſa ꝓpria. Hoc enim non eſt abſurdum ſecundũ euim. Nã decre. s̃. de iudic. nouit. refert verba domini in Euangelio dicentis: Si peccauerit in te frater tuus. &c. in qua quidem authoritate innuitur, mni exceptione maiores, quiaquotieſcunꝙ admittitur probatio irregularis, requiritꝙ talis teſtis ſit omni exceptione maior. Et hoc no. multum, pro ſtatutis diſponentibus, ꝙ credi debeat iuramẽto damnum paſsi. Pone enim, ꝙ ille q iurauit ſe paſſum dãnũ, fuit interrogatus de cã: & illã non reddidit, certè non valebit tale iuramentum ad ſimilitudinem teſtis. ar. eorũ, quæ no. in. l. ſolam. C. de teſti. iuncta. l. fi. C. de fideic. Et ita dicit pręſtantiſsimus doctor do. Marti. laur. in l. ſi poſthumus. §. fi. ff. de liber. & poſthu. vbi dicit ſe audiuiſſe à prę ſtante doctore. d. Pe. de Beſu. Confirmo p illud, qđ in ſpecie ponit. d. Ant. de Alex. doctore Nea. in. d. l. qui accuſare. in, ij. colũ. C. de edẽ. ꝙ ſtãte prędicto ſtatuto, quòd de damno dato in fundo alicuius, ſtetur ſoli iuramento damnum paſsi, requritur ꝙ ille dãnũ paſſus ad hoc, vt poſsit iurare, ſit omni exceptione maior, cùm iſta ſit probatio irregularis. Vide etiã quod ex prædicta regula infert Ludo Ro. in. d. l. admonẽdi in. xl. colum.

a Iſtum verſum allegat gloſ. in. l. ꝙ ſi nolit. §. qui mãcipia. ff. de ædi. edi. & vult gl. Decreti. & glo vj. q. j. c. ſequitur. in gl. v. quæ etiam alle. iſtũ tex. Inſequitur leuiter filia matris iter. Et idẽ Panor. in. c. cum in cũctis. in fin. in prin. de elect.

b ¶ Ita tenet Bar. in. l. admonendi. ff. e. in prin. colũ. ad fi. & ibidẽ Ludo. Ro. in. xxviij. col. & do. Alexã. Imo. in vlti. co. ad fi. Idẽ tenet Bald. in ti. de cõtrouer. inueſti. ſuper ru. Ang. in. q. per eũ diſputata incipiẽ. Aſtenſis miles. in xxix. col. & in. l. poſtꝗ. ff. de pac. Imò generalius & notabilius, & eſt iſta no. regula, vbi cunꝙ quis repelli tur à teſtimonio ex cauſis enumeratis in. l. iij. §. lege Iul. ff. de teſt. multo fortius repellitur, ne ſibi deferatur iſtud iuramentum neceſſarium cũ efficiatur teſtis in cauſa propria. l. fi. C. de fideicõ. & conſequenter ſit teſtis irregularis, contra regulã l. omnib⁹. C. de teſti. & l. nullus. ff. eo. Ita no. Bart. in l. qui accuſare. ff. de edendo. & refert Lud. Ro. in. d. l. admonendi. in xxvij. co. in. iij. fallentia. facit quod ſingu. decidit Ange. in. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quẽadmo. te. ape. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ delictum probetur per ſolã famam, oportet ꝙ talis famã habuerit ortũ à perſonis fide dignis, quæ ſint o-

a cunꝙ quis repelli tur à teſtimonio ex cauſis enumeratis in. l. iij. §. lege Iul. ff. de teſt. multo fortius repellitur, ne ſibi defera tur iſtud iuramentum neceſſarium cũ efficiatur teſtis in cauſa propria. l. fi. C. de fideicõ. & conſequenter ſit teſtis irregularis, contra regulã l. omnib⁹. C. de teſti. & l. nullus. ff. eo. Ita no. Bart. in l. qui accuſare. ff. de edendo. & refert Lud. Ro. in. d. l. admonendi. in xxvij. co. in. iij. fallentia. facit quod ſingu. decidit Ange. in. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quẽadmo. te. ape. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ delictum probetur per ſolã famam, oportet ꝙ talis famã habuerit ortũ à perſonis fide dignis, quæ ſint o-

b b

